ELEMENTARY LATIN TRANSLATION – HILLARD & BOTTING

INTRODUCTORY EXERCISES 1973/1989 ①

1-Ⓐ COPIAS · PARANT.

2– AD · ASIAM · NAVIGANT.

3- DIU · PUGNANT.

4- FAMAM · COMPARANT.

5- TROIAM · EXPUGNANT.

6- COPIAS · PARABUNT.

7- AD · ASIAM · NAVIGABUNT.

8- DIU · PUGNABUNT.

9- FAMAM · COMPARABUNT.

10- TROIAM · EXPUGNABUNT.

1-Ⓑ LATE · PER · GRAECIAM · ERRAT.

2. INTER · *INCOLAS · FAMAM COMPARAT.

3. COPIAS · PARABIT.

4. AD · ASIAM · NAVIGABIT.

5. INCOLAS · OPPUGNABIT.

6. TANDEM · INCOLAS · SUPERABIT.

7. TROIAM · EXPUGNABIT.

8. FAMAM · COMPARABIT.

9. HODIE · REGNAT.

10. DIU · REGNABIT.

* INCOLA = COMMON · GENDER P.108 C.

1.Ⓒ OLIM · IN · GRAECIA · REGNABAT.

2. INTER · INCOLAS · FAMAM · COMPARAVIT.

3. COPIAS · PARAVIT.

4. AD · ASIAM · NAVIGAVIT.

5. INTER · INCOLAS · ASIAE · FAMAM · COMPARAVIT.

6. TROIAM · OPPUGNAVIT.

7. TANDEM · TROIAM · SUPERAVIT.

8. POSTEA · AD · GRAECIAM · NAVIGAVIT.

9. HODIE · INTER · INCOLAS · GRAECIAE · REGNAT.

10. SEMPER · IN · GRAECIA · FAMA · DURABIT.

M. F. N. CASSELLS DICTIONARY D.P. SIMPSON 1977, 1984

1.Ⓓ OLIM · IN · ASIA · PUGNABAM.

2. SAEPE · TROIAM · OPPUGNABANT.

3. TANDEM · TROIAM · EXPUGNAVERUNT.

4. LATE · PER · ASIAM · ERRABAM.

5. AD · ITALIAM · NAVIGAVI.

6. INTER · INCOLAS · ITALIAE · FAMAM · COMPARAVI.

7. DIU · IN · ITALIA · PUGNABAM.

8. TANDEM · INCOLAS · ITALIAE · SUPERAVI.

9. SEMPER · FAMA · IN · ITALIA · DURABIT.
10. AENEADAE · ALBAM · LONGAM · AEDIFICABUNT.

(E) 1- IN · ASIA · SAEPE · PUGNAVERAS.
2. ADVENAE · TROIAM · SAEPE · OPPUGNAVERANT.
3. SEMPER · CUM · ADVENIS · PUGNAVERAS.
4. ADVENAS · PROPE · SUPERAVISTI.
5. TANDEM · TROIAM · EXPUGNAVERUNT.
6. DIU · INTER · INCOLAS · ASIAE · ERRABAS.
7. TANDEM · AD · ITALIAM · NAVIGAVISTI.
8. IBI · FAMAM · INTER · INCOLAS · COMPARAVISTI.
9. AENEADAE · ROMAM · AEDIFICAVERINT.
10. SEMPER · ROMAE · FAMA · DURABIT.

(F) 1- DIU · INTER · INCOLAS · GRAECIAE · REGNABAM.
2. COPIAS · PARAVI · ET · IN · ASIAM · NAVIGAVI.
3. IBI · DIU · PROPE · TROIAM · PUGNAVIMUS.
4. FAMAM · IN · ASIA · COMPARAVIMUS.
5. SAEPE · TROIAM · OPPUGNAVERAMUS.
6. SAEPE · INCOLAS · ASIAE · PROPE · SUPERAVERAMUS.
7. TANDEM · TROIAM · EXPUGNAVIMUS.
8. DIU · IN · ASIA · FAMA · DURABIT.
9. SEMPER · IN · GRAECIA · FAMA · DURAVERIT.
10. LATE · PER · ITALIAM · FAMAM · COMPARAVERIMUS.

(G) 1. IN · ASIA · OLIM · HABITAVERAT.
2. PATRIAM · SEMPER · AMABAT.
3. ADVENAE · TROIAM · EXPUGNAVERUNT.
4. PROCUL · A · PATRIA · ERRABAT.
5. TANDEM · IN · ITALIAM · CUM · ADVENIS · NAVIGAVIT.
6. CONTRA · INCOLAS · PUGNAVIT.
7. FAMAM · IBI · COMPARAVERUNT.

8. FAMA · SEMPER · INTER · INCOLAS · GRAECIAE · ET · ITALIAE DURABIT.

9. HODIE · PATRIAM · AMAMUS.

10. SEMPER · PATRIAM · AMABIMUS.

(H) 1. INCOLAE · ITALIAE · SEMPER · PATRIAM · AMAVERANT.

2. ADVENAE · CONTRA · ITALIAM · PROPTER · INVIDIAM · CONIURAVERUNT.

3. INCOLAE · ITALIAE · ADVENAS · SAGITTIS · VULNERAVERUNT.

4. E · TERRA · ADVENAS · FUGAVERUNT.

5. LATE · PER · GRAECIAM · ERRANT.

6. CRAS · AD · ASIAM · NAVIGABUNT.

7. ITERUM · CONTRA · INCOLAS · CONIURABUNT.

8. ITERUM · INCOLAE · ADVENAS · SAGITTIS · OPPUGNABUNT.

9. TANDEM · ADVENAS · SUPERABUNT.

10. ITERUM · E · TERRA · ADVENAS · FUGABUNT.

INTRODUCTORY · EXERCISES = GRAMMAR =

[PRESENT · AND · FUTURE · INDICATIVE · ACTIVE (AMO)
[NOUNS · OF · 1ST · DECLENSION (NOM + ACC)

[PERFECT · AND · IMPERFECT · INDICATIVE · ACTIVE (AMO)
[NOUNS · OF · 1ST · DECLENSION (GEN + DAT + ABL)

- PLUPERFECT · AND · FUTURE · PERFECT · INDICATIVE (AMO)

[SIX · TENSES · OF · AMO - KENNEDY'S · SHORTER · PRIMER - 1962 -
[FIVE · CASES · 1ST · DEC P42, & P7 ONLY · PAGES · NEEDED

1. NOM
2. ACC
3. GEN
4. DAT
5. ABL

E·L·T· HILLARD & BOTTING (PASSAGE 1 OF 96) 1973, 1989 ©

(1) THE·FOUNDING·OF·ROME

OLIM·IN·GRAECIA·REGNABANT·AGAMEMNON·ET·
MENELAUS·COPIAS·PARABANT·ET·AD·ASIAM·
NAVIGAVERUNT. CUM·INCOLIS·ASIAE·DIU·PUGNABANT:
TROIAM·OPPUGNAVERUNT·ET·TANDEM·SUPERAVERUNT.
INTER·INCOLAS·TROIAE·PUGNABAT·AENEAS: UBI·ADVENAE
TROIAM·EXPUGNAVERUNT, AENEAS·LATE·ERRABAT·ET·
TANDEM·AD·ITALIAM·NAVIGAVIT. CUM·INCOLIS
ITALIAE·PUGNAVIT·ET·SUPERAVIT. AENEADAE
ALBAM·LONGAM·AEDIFICAVERUNT. POSTEA
ROMULUS·ROMAM·PROPE·ALBAM·LONGAM·
AEDIFICAVIT·ET·IBI·REGNABAT. INCOLAE·ROMAE
LATE·PER·ITALIAM·FAMAM·COMPARABANT. CUM
INCOLIS·ITALIAE·PUGNABANT·ET·SAEPE·SUPERABANT.
FAMA·ROMAE·HODIE·DURAT·ET·SEMPER·DURABIT.

- INDICATIVE·ACTIVE of AMO SP. P42
- NOUNS OF 1ST DEC SP. P7

FULL·STOPS·IN·RED.

② AENEAS · ADDRESSES · HIS · FOLLOWERS

PATRIAM · OLIM · AMAVIMUS, UBI · IN · PATRIA · HABITABAMUS : HODIE · PROCUL · A · PHRYGIA · ERRAMUS. ADVENAE · TROIAM · EXPUGNAVERUNT · ET · NOS · E · PATRIA · FUGAVERUNT : NOS · PATRIAM · IN · TERRA · ADVENARUM · EXPLORAMUS, ET TROIAM · ITERUM · AEDIFICABIMUS. AD · ITALIAM · TANDEM · NAVIGAVIMUS. INCOLAE · ITALIAE · CONTRA · NOS · CONIURANT · ET · COPIAS · PARANT : CRAS · OPPUGNABUNT. SAGITTIS · NOS · VULNERABUNT, FORTASSE · PRIMO · FUGABUNT ; NON · TAMEN · SUPERABUNT. SI · PRIMO · NOS · FUGAVERINT, NON · VOS · A · PUGNA · REVOCABO : ITERUM · OPPUGNABIMUS, TANDEM · SUPERABIMUS. OLIM · VOS · INTER · INCOLAS · ASIAE · FAMAM · COMPARAVISTIS : SI · FAMAM · AMATIS, SERVABITIS.

- ROOM · FOR · PLENTY · OF · NOTES, THIS · BOOK · NEEDS (KENNEDY'S · LATIN · SHORTER · PRIMER) (CASSELL'S · LATIN · DICTIONARY) 1984 · HARD-BACK

③ THE · SEVEN · KINGS · OF · ROME

REGNABANT · INTER · ROMANOS · ROMULUS , NUMA · POMPILIUS, TULLUS · HOSTILIUS, ANCUS · MARTIUS , TARQUINIUS · PRISCUS, SERVIUS · TULLIUS, TARQUINIUS SUPERBUS. ROMULUS · ET · REMUS · GEMINI · ERANT. ROMULUS · MURUM · AEDIFICAT. REMUS · PROPTER · INVIDIAM · TRANS · MURUM · SALTAT. ROMULUS · REMUM · NECAT · ET · INTER · ROMANOS · REGNAT. POST · ROMULUM · NUMA · REGNAVIT. ROMULUS · PROPTER · MILITIAM, NUMA · PROPTER · SAPIENTIAM · FAMAM · COMPARAVIT. TULLUS · HOSTILIUS · SAEPE CONTRA · FINITIMOS · PUGNAVIT. ALBANOS · SUPERAT · ET ALBAM · LONGAM · EXPUGNAT : POSTEA · CUM · ALBANIS · AMICITIAM · CONFIRMAT. ANCUS · MARTIUS · CUM · LATINIS · PRIMO · PUGNABAT, POSTEA · AMICITIAM · CONFIRMAVIT. TARQUINIUS · PRISCUS · CIRCUM, SERVIUS · TULLIUS · MURUM · AEDIFICAVIT. TANDEM TARQUINIUS · SUPERBUS · INTER · ROMANOS · REGNAVIT : POST · TARQUINIUM · SUPERBUM · NEMO · REGNAVIT.

- GRAMMAR
- NOUNS · OF · 2ND · DECLENSION · IN <u>—US</u>

KENENNDY'S S.P. PAGE · 8

④ THE · GREATNESS · OF · ROME

ROMANI · IN · ITALIA · HABITABANT ; PATRIAM · AMABANT · ET · SAEPE · CONTRA · FINITIMOS · PUGNABANT. NON · SOLUM · FINITIMORUM · SED · ETIAM · BARBARORUM COPIAS · OPPUGNABANT. LATE · PER · ITALIAM · COLONIAS COLLOCABANT : IN · GALLIA · VICTORIAM · SAEPE · REPORTABANT : GRAECOS · SUPERAVERUNT · ETIAM · AD · ASIAM · NAVIGAVERUNT. NON · SOLUM · PROPTER · VICTORIAS · SED · ETIAM · PROPTER · SAPIENTIAM · FAMAM · COMPARABANT : AD · PHILOSOPHIAM · ET · LITTERAS · ANIMOS · APPLICABANT. CUM · FINITIMIS, UBI · SUPERAVERANT, AMICITIAM · CONFIRMABANT : BARBAROS AD · DISCIPLINAM · IMFORMABANT. NOS · PROCUL · AB · ITALIA · HABITAMUS = FAMA · TAMEN · ROMANORUM ETIAM · HODIE · INTER · NOS · DURAT · ET · SEMPER · DURABIT.

⑤ THE · EXPULSION · OF · THE · TYRANT

TARQUINIUS · SUPERBUS · TEMPLUM · IN · CAPITOLIO AEDIFICAVIT · ET · COLONIAS · IN · ITALIA · COLLOCABAT. BELLUM · CONTRA · FINITIMOS · PARAVIT : VOLSCOS · SAEPE SUPERABAT · ET · OPPIDA · EXPUGNABAT. SED · ROMANI NEC · TARQUINIUM · NEC · FILIUM · TARQUINII · SEXTUM AMAVERUNT. ITAQUE · POPULUS · CONTRA · TYRANNOS CONIURAVIT. TARQUINIUM · ET · FILIOS · IN · ETRURIAM, UBI · OLIM · HABITAVERANT, FUGAVERUNT. NEMO · POST · TARQUINIOS · INTER · ROMANOS · REGNAVIT. IMPERIUM · ADMINISTRABANT · BRUTUS · ET · VALERIUS. BRUTUS · FILIOS · NECAVIT · QUOD · PRO · TARQUINIO · CONTRA POPULUM · CONIURAVERANT. VALERIUM · ROMANI · POPLICOLAM · VOCAVERUNT · QUOD · POPULO · AMICUS · ERAT. DIU · INTER · ROMANOS · DURABAT · BRUTI · ET TARQUINII · FAMA.

- NOUNS OF 2ND DECLENSION IN -UM K.S.P. P8

⑥ GREEK · TYRANTS

OLIM · IN · GRAECIA · TYRANNI · REGNABANT. SAEPE BENE · REGNABANT; FAMAM · PROPTER · VICTORIAS · ET SAPIENTIAM · COMPARAVERUNT: CUM · FINITIMIS · AMICITIAM · CONFIRMABANT = MUROS · ET · TEMPLA · AEDIFICABANT = AD · PHILOSOPHIAM · ET · LITTERAS · ANIMOS · APPLICABANT = CONTRA · BARBAROS · PUGNABANT ET · PATRIAE · INCOLAS · A · PERICULIS · SERVABANT.

GRAECI · TAMEN · TYRANNOS · NON · AMABANT, QUOD · SAEPE CRUDELITER · ADMINISTRABANT · IMPERIUM. ITAQUE · CONTRA · TYRANNOS · CONIURAVERUNT · ET · EX · OPPIDIS · FUGAVERUNT. NOS · GRAECORUM · EXEMPLUM · HODIE LAUDAMUS: NEMO · HODIE · TYRANNOS · AMAT. ETIAM SI · BENE · REGNANT, SI · PATRIAM · E · PERICULO · SERVANT, POPULUS · NON · LIBENTER · VITAM · ET · BONA · TYRANNI ARBITRIO · MANDAT. HODIE · FERE · UBIQUE · IMPERIUM · ADMINISTRAT · POPULUS.

⑦ THE · BATTLE · OF · THE · LAKE · REGILLUS

IN· ETRURIA · HABITABANT · ETRUSCI : INTER · ETRUSCOS · LARS PORSENA · REGNABAT. UBI · ROMANI · TARQUINIUM · IN · ETRURIAM · FUGAVERUNT, ETRUSCI · CONTRA · ROMANOS · PRO TARQUINIO · CONIURAVERUNT · ET · SOCIOS · AD · BELLUM · VOCABANT. COPIAS · PROPE · MUROS · ROMAE · COLLOCANT · ET · AGROS · VASTANT : ROMANOS · TRANS · FLUVIUM · FUGANT. IAM · ROMAM PROPE · EXPUGNAVERANT, SED · HORATIUS · COCLES · CUM · SPURIO LARTIO · ET · TITO · HERMINIO · PATRIAM · SERVAVIT.

POSTEA · TARQUINIUS · AMICITIAM · CUM · LATINIS · CONFIRMAVIT ET · BELLUM · ITERUM · PARAVIT. ROMANI · IMPERIUM · AULO POSTUMIO · MANDAVERUNT. PROPE · REGILLUM · LACUM · ETRUSCI CUM · ROMANIS · DIU · ET · ACRITER · PUGNABANT. TANDEM · AULUS CLAMAT, "SI · ETRUSCOS · SUPERAVERO, TEMPLUM · DEIS DEDICABO." TUM · GEMINI · DEI, CASTOR · ET · POLLUX, EX · EQUIS · CONTRA · ETRUSCOS · PUGNANT. ROMANI · VICTORIAM REPORTANT · ET · TEMPLUM · DEIS · GEMINIS · DEDICANT.

⑧ GREEK · SCHOOLS

OLIM · IN · GRAECIA, SICUT · IN · BRITANNIA · HODIE, PUERI · AD · SCHOLAS · COMMEABANT. SPARTANI · VITAM · OMNINO · PATRIAE · DEDICABANT: ITAQUE · IN · SPARTANORUM · SCHOLIS · MAGISTRI · PUERORUM · ANIMOS · NON · SOLUM · LIBRIS · AD · SAPIENTIAM · INFORMABANT, SED · PER · DISCIPLINAM, ETIAM · PER · LUDOS, AD · MILITIAM · CONFIRMABANT.

ATHENARUM · INCOLAE · NON · SOLUM · PROPTER · BELLA, SED · ETIAM · PROPTER · SAPIENTIAM · ET · LITTERAS, INTER · GRAECOS · FAMAM · COMPARAVERUNT. AD · HISTORIAM · ET · PHILOSOPHIAM · ANIMOS · APPLICABANT = SI · FINITIMOS · BELLO · SUPERAVERANT, VICTORIAS · LITTERIS · MANDABANT. ITAQUE · IN · SCHOLIS PRAECIPUE · AD · LITTERAS · MAGISTRI · INFORMABANT.

MAGISTRI · SAEPE · SERVI · ERANT = TAMEN · PUEROS · VERBERABANT, SI · PARUM · DILIGENTER · LABORAVERANT.

CONTRA · PUERI · MAGISTROS · SAEPE · VEXABANT = ALCIBIADES · OLIM · MAGISTRUM · VERBERAVIT · QUOD · INTER · LIBROS · HOMERI · SCRIPTA · NON · ERANT.

(9) MUCIUS · SCAEVOLA

UBI · ETRUSCI · CASTRA · PROPE · ROMAM · COLLOCAVERUNT, C.¹ MUCIUS · CUM · MULTIS · AMICIS · CONTRA · PORSENAM CONIURAVIT. 'CASTRA · ETRUSCORUM,' CLAMAT, 'INTRABO = TYRANNUM · NECABO'. CASTRA · INTRAT, SED, QUONIAM · PORSENAM · IGNORABAT, SCRIBAM · TYRANNI · PRO · TYRANNO · NECAVIT. UBI · FUGAM · TEMPTAVIT, MINISTRI · MUCIUM · REPORTAVERUNT. PORSENA · MUCIUM · MAGNA · IRA · MULTIS · CUM · MINIS · DE CONSILIO · INTERROGAVIT. MUCIUM · NEC · IRA · NEC · MINAE TERRUERUNT = NIHIL · DE · AMICIS · NUNTIAVIT. 'SI · DE AMICIS · TACEBIS,' CLAMAT · TYRANNUS, 'FLAMMIS · CIRCUMDABO'. IN · ARA · PROPE · PORSENAM · FLAMMA · ARDEBAT = MUCIUS · DEXTRAM · IN · FLAMMA · DIU · TENEBAT. 'NEC · MINAS,' RESPONDET, 'NEC · SUPPLICIUM · TIMET · ROMANUS'. PLACUIT · TYRANNO · RESPONSUM. 'PUERUM · TAM · INTREPIDUM,' CLAMAT, 'NON · NECABO, SED · LIBERABO'. TUM · MUCIUS, 'MINIS,' CLAMAVIT, 'ANIMUM · NON · TERRUISTI, BENEFICIO · SUPERAVISTI. ANTEA · NIHIL · DE · CONSILIO · NUNTIAVI = IAM · NUNTIABO. CUM · MULTIS · AMICIS · CONIURAVI = SI · MUCIUM · NECABIS, MUCII · AMICI · SINGULI · TYRANNUM · OPPUGNABUNT, TANDEM · NECABUNT'. MOVET PORSENAM · PUERI · ROMANI · AUDACIA = STATIM · LIBERAT. MUCIUM · POSTEA · AMICI · SCAEVOLAM · VOCABANT.

- 1 = GAIUS
- PRESENT + FUTURE + IMPERFECT & PERFECT OF "MONEO"

[AD · NOUNS →
[AD · JECTIVES · IN "-US" K.S.L.P. PAGE · 20 & PAGE · 44

E·L·T· HILLARD & BOTTING

⑩ HERCULES · AND · CACUS

ERAT · OLIM · IN · ITALIA · MONSTRUM · HORRENDUM · CACUS = OCULOS · SAEVOS · HABEBAT, FLAMMAS · SPIRABAT = IN · SPELUNCA · HABITABAT = PER · AGROS · SAEPE · ERRABAT · ET FINITIMOS · CRUDELITER · VEXABAT. INCOLAE · DIU · TIMEBANT CACUM, NEMO · TAMEN · NECAVIT, NEMO · ETIAM · OPPUGNAVERAT. TANDEM · HERCULES · DEUS · AD · ITALIAM COMMEAVIT = MULTOS · TAUROS · HABEBAT. CACUS · ALIQUOT · TAUROS · IN · SPELUNCAM · CAUDIS · TRACTAVIT; ITAQUE, UBI · HERCULES · LOCUM · INVESTIGAVIT, VESTIGIA · TAURORUM · LATEBRAS · NON · INDICAVERUNT. TUM · IN · SPELUNCA · UNUS · E · TAURIS · CLAMAVIT = STATIM HERCULES · AD · LOCUM · PROPERAVIT; IRA · ANIMUM · MOVEBAT. TUM · PRIMUM · CACUS · TIMEBAT : FRUSTRA FUGAM · TEMPTAVIT, FRUSTRA · IN · SPELUNCA · FLAMMAS SPIRABAT. HERCULES · MULTIS · TELIS · OPPUGNAT, TANDEM · SUPERAT · ET · NECAT. ITAQUE · ET · TAUROS REPORTAVIT · ET · INCOLAS · PERICULO · LIBERAVIT.

1 · MIN · TO · READ
17 · MINS · TO · WRITE · OUT ·

(11) PATRICIANS · AND · PLEBEIANS

(E·L·E· PDF 34 35 36)

NON · IAM · INTER · ROMANOS, UBI · TARQUINIUM · FUGAVERUNT, REGNABANT · TYRANNI = NONDUM · TAMEN · OMNINO · LIBER ERAT · POPULUS. ROMANORUM · ALII · PATRICII, ALII · PLEBEII ERANT = PATRICII · PRIMI · IN · OPPIDO · DOMICILIUM · HABUERANT = PLEBEIORUM · MULTI · PROPTER · MERCATURAM · EO · COMMEAVERANT, MULTI · IBI · EX · ALIIS · OPPIDIS · EXSULABANT. PATRICII · SOLI · IMPERIUM · ADMINISTRABANT = PLEBEII MISERI · PRO · PATRICIIS · CONTRA · FINITIMOS · POPULOS PUGNABANT, SAEPE · SUPERABANT, VICTORIAE · TAMEN EMOLUMENTA · HABEBANT · NULLA. ARDEBANT · IRA ANIMI · PLEBEIORUM · NEC · IAM · DE · INIURIIS · TACEBANT. TANDEM · TURBA · MISERORUM · FORUM · INTRAVIT. 'SATIS · DIU, PATRICII,' · CLAMAVERUNT, 'INIURIAS · SUSTINUIMUS = NOS · PRO · PATRIA · PUGNAMUS, VOS · PATRIAE IMPERIUM · ADMINISTRATIS, VOS · VICTORIAE · EMOLUMENTA HABETIS. SICUT · SERVI, TYRANNORUM · ARBITRIO PAREMUS = NON · ITERUM · PRO · TYRANNIS · PUGNABIMUS'. MOVERUNT · ANIMOS · PATRICIORUM · NON · SOLUM · MINAE PLEBEIORUM · SED · ETIAM · BELLI · PERICULUM, QUONIAM VOLSCI, FINITIMI · ROMANORUM, IAM · MUROS · PROPE · OPPUGNABANT. 'SI · IAM · PRO · PATRIA · CONTRA · VOLSCOS PUGNABITIS,' CLAMANT, 'NON · ITERUM · TOT · INIURIAS SUSTINEBITIS'. PLACUIT · PLEBEIIS · PATRICIORUM RESPONSUM. LIBENTER · CONTRA · VOLSCOS · PUGNAVERUNT · ET · UBIQUE · SUPERAVERUNT.

– ADJECTIVES · IN –ER K·S·L·P· PAGE 21
– FUTURE·PERFECT, & PLU·PERFECT · INDICATIVE · ACTIVE = "MONEO"

E·L·T· HILLARD & BOTTING

(12) THE · MINOTAUR

NON · PROCUL · A · GRAECIA · PARVA · EST · INSULA · CRETA :
OLIM · CRETAE · INCOLAE · MAGNAM · POTENTIAM ·
HABEBANT · ET · MAGNAM · UBIQUE · FAMAM · COMPARAVERUNT:
MINOS · TYRANNUS · NON · SOLUM · IN · CRETA · MULTA ·
SAPIENTIA · REGNABAT · SED · ETIAM · PER · FINITIMAS
INSULAS · IMPERIUM · ADMINISTRABAT : A · MULTIS
TRIBUTUM · POSTULABAT : PIRATAE · CRETAE · TYRANNUM
TIMEBANT · NEC · IAM · INTER · INSULAS · NAVIGABANT ·
ET · AGROS · VASTABANT. IN · LABYRINTHO · MONSTRUM ·
HORRENDUM · MINOTAURUM · TENEBAT. AB · INCOLIS
ATHENARUM · MINOS · QUOTANNIS · POSTULABAT · SEPTEM
PUEROS · ET · SEPTEM · PUELLAS : QUOTANNIS · MINOTAURUS
SEPTEM · PUEROS · ET · SEPTEM · PUELLAS · VORABAT. GRAECI
SEMPER · TIMUERANT · CRETAE · TYRANNUM, NEMO · TAMEN
OPPUGNAVERAT, NEMO · CONTRA · CRETAM · BELLUM · PARAVERAT.
TANDEM · THESEUS · AD · INSULAM · NAVIGAVIT : VIRUM · INTREPIDUM
NEC · BELLI · PERICULA · NEC · FAMA · MONSTRI · TERRUERAT.
TYRANNUM · BELLO · SUPERAT : MINOTAURUM · IN · LATEBRIS
INVESTIGAT, TANDEM · NECAT. ITAQUE · MAGNAM · FAMAM
COMPARAVIT · ET · PATRIAM · PERICULO · ET · EXITIO · LIBERAVIT.

⑬ THE · SECESSION · OF · THE · PLEBS

QUAMQUAM · PLEBEII · PRO · PATRIA · PUGNAVERANT · ET · VOLSCOS SUPERAVERANT, NON · TAMEN · PROMISSA · PRAESTABANT PATRICII. ITAQUE · DOMICILIA · RELINQUUNT · ET · ROMA · AD LOCUM · FINITIMUM · DISCEDUNT. 'NON · IAM,' CLAMABANT, 'PRO · PATRIA · PUGNABIMUS · NEC · AGROS · COLEMUS, NISI PATRICII · PROMISSA · PRAESTABUNT'. TERREBANT · PATRICIOS PLEBEIORUM · MINAE: MULTA · IN · CURIA · DISSERUNT: TANDEM BONA · CONSILIA · SUPERANT: LEGATOS · AD · PLEBEIOS MITTUNT. UNUS · E · LEGATIS, MENENIUS · AGRIPPA, MAGNAM · FAMAM · PROPTER · SAPIENTIAM · HABEBAT. NOTAM · FABULAM · NARRAVIT. TUM 'NON · IAM,' CLAMAVIT, 'PATRICII · SOLI · IMPERIUM · ADMINISTRABUNT: MULTA · PLEBEIIS · CONCEDUNT. QUOTANNIS · TRIBUNOS · CREABITIS: TRIBUNI · PLEBEIOS · AB · INIURIIS · DEFENDENT. AGRIPPA PLEBEIIS · AMICUS · EST: SI · AGRIPPAE · CONSILIO · PAREBITIS, ITERUM · IAM · PRO · PATRIA · PUGNABITIS · ET · AGROS · COLETIS: SI · NON · PAREBITIS, VOLSCI · ET · PATRICIOS · ET PLEBEIOS · BELLO · SUPERABUNT'. PLACUIT · PLEBEIIS AGRIPPAE · CONSILIUM: AD · DOMICILIA · REVERTERUNT, PRO · PATRIA · PUGNABANT, AGROS · COLEBANT. QUOTANNIS · PLEBEII · TRIBUNOS · CREABANT: TRIBUNORUM ARBITRIO · ETIAM · PATRICII · PAREBANT.

E·L·T· HILLARD & BOTTING

(14) THE · WOODEN · HORSE

GRAECI · TROIAM · OBSIDEBANT : SAEPE · MUROS · OPPUGNABANT, SAEPE · TROIANORUM · COPIAS · SUPERAVERANT, NON · TAMEN OPPIDUM · EXPUGNAVERUNT. TANDEM · ULIXES · CLAMAT 'ARMIS · OPPIDUM · NON · EXPUGNAVIMUS : CONSILIO · EXPUGNABIMUS'. TUM · CONSILIUM · OSTENDIT. GRAECI · LIBENTER · PAREBANT. EQUUM · LIGNEUM · AEDIFICAVERUNT: IN · EQUO · VIROS · MULTOS · ET · INTREPIDOS · COLLOCANT : TUM · AD · ORAM · DISCEDUNT · ET · EQUUM · PROPE · MUROS OPPIDI · RELINQUUNT. MAGNA · TURBA · TROIANORUM · EX OPPIDO · EXCEDIT. UNUS · E · GRAECIS · IN · SILVA · PROPE EQUUM · LATEBAT. TROIANI · E · LATEBRIS · TRAXERUNT · ET MULTA · INTERROGABANT. MULTA · ET · FALSA · RESPONDET. 'GRAECI · AD · ORAM · DISCEDUNT : MOX · AD · PATRIAM · NAVIGABUNT : EQUUM · MINERVAE · DEDICAVERUNT. VOS · SI EQUUM · IN · OPPIDUM · TRAHETIS, COPIAS · IN · GRAECIAM · DUCETIS · ET · GRAECOS · BELLO · SUPERABITIS'. ITAQUE · TROIANI · EQUUM · IN · OPPIDUM · TRAXERUNT : TOTUS · POPULUS PROPTER · GAUDIUM · CONVIVIUM · CELEBRAVIT. TUM REPENTE · EX · EQUO · EXCEDUNT · GRAECI : PORTAS · OPPIDI · RESERANT : RELIQUI · GRAECI · INTRANT. OPPIDUM INCENDUNT · ET · INCOLAS · NECANT.

E·L·T· HILLARD & BOTTING

(15) SPURIUS[1] CASSIUS

ROMANI, SI · FINITIMOS · BELLO · SUPERAVERANT, CAPTUM AGRUM · PUBLICUM · VOCABANT · ET · INTER · PATRICIOS DIVIDEBANT; PLEBEII · TAMEN · AGRUM · PUBLICUM · HABEBANT NULLUM. TANDEM · SP.[1] CASSIUS, POPULI · ROMANI · CONSUL, LEGEM · PLEBEIORUM · CAUSA · ROGAVIT. 'NON · IAM,' CLAMAVIT, 'PATRICII · SOLI · PUBLICUM · AGRUM · COLEMUS: ETIAM · PLEBEII · VICTORIAE · EMOLUMENTA · HABEBUNT'. ARDEBANT · IRA · ANIMI · PATRICIORUM. 'CONTRA · POPULUM ROMANUM', CLAMABANT, 'SP. CASSIUS · CONIURAT: REGNUM APPETIT: SI · AGRUM · PUBLICUM · PLEBEIIS · CONCESSERIT ET · MUNERE · EIUSMODI · AUCTORITATEM · CONFIRMAVERIT, REX INTER · ROMANOS · REGET'. ITAQUE · POPULUS · LEGEM · ANTIQUAVIT: LEGIS · LATOREM, QUAMQUAM · SABINOS · BELLO SUPERAVERAT, LATINOS · ET · HERNICOS · ROMANIS · FOEDERE ADIUNXERAT, PATRICII · FALSIS · CRIMINIBUS · ACCUSAVERUNT · ET IUDICES · DAMNAVERUNT. SIC · SP. CASSIUS, PAUPERUM · AMICUS, PROPTER · PLEBEIORUM · SUSPICIONEM · ET · PATRICIORUM · INVIDIAM, NON · SOLUM · NON · PLEBEIOS · AB INIURIA · DEFENDIT · SED · MORTEM · OPPETIVIT · INHONESTAM.

E·L·T. HILLARD & BOTTING RED · FULL · STOPS – PUT · IN · LAST 20·MINS OF· WRITING

(16) THE · WRATH · OF · ACHILLES

UBI · GRAECI · TROIAM · OBSIDEBANT, ACHILLES · MAGNA VIRTUTE · CONTRA · TROIANOS · PUGNAVIT; AGROS · LATE VASTABAT, MULTA · OPPIDA · EXPUGNAVIT. AGAMEMNON REX · GRAECARUM · ERAT · COPIARUM · IMPERATOR. MAGNA ERAT · RIXA · INTER · REGEM · ET · ACHILLEM. ARDEBAT IRA · ANIMUS · ACHILLIS · PROPTER · MINAS · ET · CONTUMELIAS AGAMEMNONIS : ITAQUE · AD · TABERNACULUM · DISCESSIT · NEC IAM · PRO · GRAECIS · PUGNABAT. TUM · UBIQUE · TROIANI SUPERAVERUNT : MAGNUM · ERAT · PERICULUM · GRAECORUM. TANDEM · REX · LEGATOS · AD · ACHILLEM · MISIT : MUNERA PORTABANT, MULTA · FRUSTRA · PROMISERUNT. ACHILLIS ANIMUM · NEC · MUNERIBUS · NEC · PROMISSIS · MOVEBANT. PATROCLUS · TAMEN · AMICUS · ARMA · ACHILLIS · SUMIT ET · CONTRA · TROIANOS · PUGNAVIT. HECTOR, PRIAMI REGIS · TROIANI · FILIUS, PATROCLUM · NECAVIT. MAGNUS ERAT · DOLOR, MAGNA · IRA · ACHILLIS, UBI · GRAECI · MORTEM · PATROCLI · NUNTIAVERUNT. ITERUM · ARMA SUMIT, TROIANOS · FUGAT, HECTOREM · NECAT. TUM HECTORIS · CORPUS · TER · COTIDIE · CIRCUM · TUMULUM AMICI · TRAXIT. TANDEM · PRIAMUS · TABERNACULUM ACHILLIS · INTRAVIT. MULTIS · CUM · LACRIMIS · CORPUS · FILII · PETIVIT. MOVERUNT · ACHILLEM · SENIS · LACRIMAE · ET · CORPUS · HECTORIS · REDDIDIT.

E·L·T· HILLARD & BOTTING

25 LINES IN BOOK MORE THAN 1 PAGE A4

(17) CORIOLANUS

ROMANI · BELLUM · CUM · VOLSCIS · GEREBANT : VOLSCI · OPPIDUM · CORIOLOS · MUNIVERUNT : DIU · FRUSTA · ROMANI OPPUGNABANT. TUM · CN.[1] MARCIUS, IUVENIS · ROMANUS PROPTER · VIRTUTEM · NOTUS, PROPE · SOLUS · OPPIDUM INTRAVIT, INCOLAS · NECAVIT, MUROS · INCENDIT : EXINDE CIVES · CN. MARCIUM · CORIOLANUM · VOCABANT. POSTEA TAMEN · UBI · IN · URBEM · REVERTIT · ET · POPULI · SUFFRAGIA PETEBAT, PER · SUPERBIAM · PLEBEIORUM · IRAM · MOVIT; ITAQUE · CORIOLANUM · CONSULEM · NON · CREAVERUNT. ERAT · TUM · MAGNA · FRUMENTI · INOPIA, QUOD · PLEBEII, UBI · EX · URBE · IN · SACRUM · MONTEM · EXCESSERUNT, AGROS · NON · COLUERANT. GELON · REX, POPULI · ROMANI · AMICUS, FRUMENTUM · AD · ROMANOS · MISIT. TUM · CORIOLANUS, "PROPTER · PLEBEIOS," CLAMAVIT, "INOPIA · IN · URBE · EST : ITAQUE · FRUMENTUM · INTER · PLEBEIOS · NON · DIVIDEMUS, NISI · IURA · PATRICIIS · REDDIDERINT : SI · TRIBUNI · AUCTORITATEM · SERVABUNT, FRUMENTUM · NON · HABEBUNT · PLEBEII". CORIOLANI MINAS · MAGNA · CUM · IRA · PLEBEII · AUDIVERUNT : FRUSTRA · TAMEN · TRIBUNI · ACCUSAVERUNT. "NEC DAMNABITIS · CORIOLANUM," CLAMAT, "NEC · PUNIETIS : EX · URBE · EXCEDAM · ET · INTER · VOLSCOS · EXSULABO". TUM · CUM · HOSTIBUS · POPULI · ROMANI · BELLUM · CONTRA PATRIAM · GESSIT, PATRIAE · AGROS · VASTAVIT. FRUSTRA ROMANI · LEGATOS · MISERUNT : ANIMUM · NON · MOVERUNT. TANDEM · MATER · CORIOLANI · ET · UXOR · CUM · LACRIMIS PETEBANT : MATRIS · LACRIMIS · CONCESSIT · CORIOLANUS. "O · MATER," CLAMAVIT, "PATRIAM · SERVAVISTI · FILIO

→

EXITIUM · PARAVISTI "

K.S.L.P. P48
OF "AUDIO"

- PRESENT, FUTURE, IMPERFECT, & PERFECT INDICATIVE ACTIVE
- NOUNS (I STEMS) OF 3RD DECLENSION K.S.L.P. 15 & 16

E·L·T· HILLARD & BOTTING

(18) ULYSSES · AND · THE · WINDS

ULIXES, UBI · GRAECI · TROIAM · EXPUGNAVERUNT · ET · AD GRAECIAM · REVERTERUNT, CUM · COMITIBUS · AD · INSULAM AEOLIAM · NAVIGAVIT. HABITABAT · IN · INSULA · AEOLUS · REX. DEI · AEOLO · IMPERIUM · VENTORUM · MANDAVERANT. DIU · CUM · REGE · ULIXES · ET · COMITES · MANEBANT. TANDEM, UBI · DISCEDEBANT, AEOLUS · ZEPHYRUM · EMISIT, RELIQUOS · AUTEM · VENTOS · IN · SACCO · VINXIT: SACCUM · ULIXI · DEDIT. 'NISI · SACCUM · APERIES,' · INQUIT, 'ZEPHYRUS · AD · ITHACAM · INSULAM · NAVEM · DUCET'. UBI · IAM · AD · PATRIAM · VENIEBANT · ET · ULIXES, LABORE · FESSUS, QUOD · SOLUS · DIU · NAVEM · REXERAT, DORMIEBAT, MULTA · CLAM · COMITES · DISSEREBANT. 'AURUM · ET · ARGENTUM,' CLAMABANT, 'IN · SACCO · ULIXES PORTAT: REGIS · MUNERA · INTER · COMITES · NON · DIVISIT: SACCUM · APERIEMUS'. ITAQUE · SACCUM · APERUERUNT · ET · RELIQUOS · VENTOS · EMISERUNT. STATIM NAVIS · AD · INSULAM · AEOLIAM · REVERTIT. FRUSTRA · TUM ULIXES · ET · COMITES · A · REGE · AUXILIUM · PETIVERUNT. 'INIMICUS · EST · DEORUM · ULIXES,' INQUIT; 'DEORUM INIMICUM · NON · ADIUVABIMUS'. ITAQUE · MAGNO · DOLORE AD · ORAM · REVERTERUNT. VENTUS · AUTEM · NON · IAM · AD PATRIAM · NAVEM · DUCEBAT.

E·L·T· HILLARD & BOTTING 1·MIN·25·SEC · TO·READ

(19) AN·HEROIC·FAMILY

EST·IN·ETRURIA·URBS·VEII: ROMANI·OLIM·CUM·VEIENTIBUS BELLUM·GEREBANT. HOSTES·URBEM·MURIS·INGENTIBUS MUNIVERANT·ET·AGROS·FINITIMOS·VASTABANT: UBI·NOSTRI OPPUGNABANT, INTRA·MUROS·MILITES·DUCEBANT; MOX, UBI DISCESSERUNT, ITERUM·AGROS·VASTABANT. TUM·CAESO FABIUS, POPULI·ROMANI·CONSUL, 'VOS,' INQUIT, 'CIVES ROMANI, ALIIS·BELLIS·ANIMUM·IAM·APPLICABITIS, VEIENS BELLUM·GENTI·FABIAE·MANDABITIS: FABII·SOLI·CUM VEIENTIBUS·PUGNABUNT: NEC·PECUNIAM·NEC·MILITES·A CIVITATE·POSTULABIMUS'. PLACUIT·CIVIBUS·CONSILIUM FABII: POSTRIDIE·CONSUL·CUM·OMNI·GENTE·EX·URBE EXCESSIT. DIU·NON·SOLUM·AGROS·ROMANOS· DEFENDEBANT·SED·ETIAM·OMNEM·POPULUM·VEIENTEM TERRUERUNT. TANDEM·DUX·HOSTIUM, 'ARMIS,' INQUIT, 'NON·SUPERAVIMUS: CONSILIO·SUPERABIMUS'. ITAQUE PECORA·IN·AGRIS·RELIQUERUNT, INSIDIAS·HAUD·PROCUL POSUERUNT. FABII, QUOD·PROPTER·MULTAS·VICTORIAS· NON·IAM·HOSTES·TIMEBANT, PRAEDAM·IN·AGRIS INCAUTE·PETEBANT. TUM·REPENTE·MAGNOS·HOSTIUM CLAMORES·AUDIVERUNT: UNDIQUE·VEIENTES·IACULIS·ET SAGITTIS·OPPUGNAVERUNT. FRUSTRA·FABII·CONTRA INGENTES·COPIAS·HOSTIUM·PUGNABANT. GENS·OMNIS FABIA, PRAETER·UNUM·PUERUM, IN·PUGNA·CECIDIT: NAM, UBI·EX·URBE·EXCESSERUNT, UNUM·PUERUM PROPTER·AETATEM·DOMI·RELIQUERANT.

- FUTURE·PERFECT & PLU·PERFECT· ACTIVE·OF "AUDIO"
- ADJECTIVES - AD·NOUNS - OF·3RD·DECLENSION

E·L·T · HILLARD & BOTTING

(20) THE · ANCIENT · EGYPTIANS

INTER · ALIAS · FABULAS · HERODOTUS · MULTA · ET · MIRA · DE AEGYPTIIS · NARRAVIT. CANES · ET · FAELES · PRAECIPUE AMABANT: UBI · INCENDIUM · IN · URBE · ERAT, UBIQUE · IN PUBLICAS · VIAS · VENIEBANT, ALIA · OMNIA · NEGLEGEBANT, FAELES · SOLAS · CUSTODIEBANT; SI · VEL · UNA · FAELIS · IN FLAMMAS · SALTAVERAT, MAGNUS · ERAT · DOLOR · AEGYPTIORUM: SI · DOMI · FAELIS · VITA · EXCESSERAT, INCOLAE · DOMICILII · PROPTER · DOLOREM · SUPERCILIA · RADEBANT: CANIS · AUTEM PROPTER · MORTEM · ET · CAPUT · ET · OMNE · CORPUS · RADEBANT.

IN · FLUVIO · NILO · MULTI · ERANT · CROCODILI: CROCODILOS SIC · CAPTABANT · AEGYPTII. CARNEM · PORCINAM · HAMO INFIGEBANT · ET · IN · FLUVIUM · DEMITTEBANT: TUM · IN RIPA · VIVUM · PORCUM · VERBERABANT. CROCODILUS · UBI PORCI · CLAMORES · AUDIVIT · STATIM · AD · LOCUM · PROPERABAT, CARNEM · CUM · HAMO · INCAUTE · VORABAT. TUM · IN · ORAM · TRAHEBANT · ET · NECABANT.

E·L·T· HILLARD & BOTTING
PASSIVE · VERBS (21) CINCINNATUS
E·L· EXERCISES = 3 · PAGES
ALSO= (49) (50) (51), (52) (53) (54)

L① QUINCTIUS · CINCINNATUS, POPULI · ROMANI · CONSUL, UBI · IMPERIUM · ADMINISTRABAT, FAMAM · INTER · OMNES PROPTER · VIRTUTEM · COMPARAVIT : POSTEA · SENEX · IN · PARVO FUNDO · HAUD · PROCUL · AB · URBE · HABITABAT · ET · AGROS COLEBAT. MOX · IN · URBEM · REVOCATUS · EST : NAM CASTRA · ROMANORUM, UBI · CUM · AEQUIS · BELLUM · GEREBANT, AB · HOSTIBUS · OPPUGNATA · SUNT. MAGNUM ERAT · PERICULUM, INGENS · OMNIUM · TIMOR. STATIM CINCINNATUS · DICTATOR · CREATUS · EST : SENATORES · AD CINCINNATUM · NUNTIOS · MISERUNT. IN · PARVO · FUNDO UBI · AGROS · ARABAT, SENEM · INVENERUNT. STATIM · TOGAM · AB · UXORE · SUMPSIT, NUNTIORUM · VERBA · AUDIEBAT. 'DICTATOR, CINCINNATE,' INQUIEBANT, 'CREATUS · ES : NISI · STATIM · AD · URBEM · VENERIS · ET COPIAS · ROMANAS · CONTRA · AEQUOS · DUXERIS, NOSTRI · AB · HOSTIBUS · SUPERABUNTUR, CIVES · OMNES · NECABUNTUR'. POSTRIDIE · PRIMA · LUCE · IN · FORUM · VENIT, MAGNA CELERITATE · COPIAS · PARAVIT · ET · ANTE · MEDIAM · NOCTEM · AD · MONTEM · ALGIDUM, UBI · HOSTES · CASTRA POSUERANT, DUXIT. AEQUI, QUONIAM · UTRIMQUE · A ROMANIS · OPPUGNABANTUR, ARMA · DEPOSUERUNT. VICTOR · HOSTES · SUB · IUGUM · MISIT, DUCES · HOSTIUM CAPTIVOS · IN · TRIUMPHO · PER · URBEM · DUXIT : POSTEA AD · PARVUM · FUNDUM · REVERTIT.

→ IMPORTANT – TRANSLATE – THE – VERBS – FIRST ←

AD·VERBS & COMPARISON
COMPARISON · OF · AD·JECTIVES ← AD·NOUNS
L.A. WILDING · LATIN · BOOK · 2 · NEEDED

– ① LUCIUS
– FOUR · PASSIVE · TENSES
– K.L.S.P. PAGE · 50 (NEED = SUM)
– PRESENT, FUTURE, (PERFECT) & IMPERFECT · INDICATIVE · PASSIVE

SIX · TENSES ↓ OF 'AMO'

E·L·T· HILLARD & BOTTING

(22) THE·FATE·OF·TWO·BEAUTIFUL·BOYS

HYACINTHUS, REGIS·LACEDAEMONII·FILIUS, NOTUS·INTER OMNES·PROPTER·PULCHRITUDINEM·ERAT: PRAECIPUE·A· DEO·APOLLINE·AMABATUR. OLIM·CUM·DEO·DISCIS·LUDEBAT= TUM·ZEPHYRUS·PROPTER·INVIDIAM, QUOD·PUER·APOLLINEM AMABAT, ZEPHYRUM·AUTEM·NON·AMABAT, VENTUM·ACREM EMISIT·ET·INGENTEM·APOLLINIS·DISCUM·IN·CAPUT HYACINTHI·IMMISIT. STATIM·MORTUUS·HUMI·CECIDIT. POSTEA·E·TERRA, UBI·PUERI·INFELICIS·SANGUINE CRUENTABATUR, FLOS·PULCHER·SURGEBAT: FLORIS FRONDES·PRIMA·LITTERA·NOMINIS·NOTATAE·SUNT. ITAQUE·FLOS·AB·OMNIBUS·HYACINTHUS·VOCABATUR. NARCISSUS·QUOQUE·PROPTER·PULCHRITUDINEM·MAGNAM FAMAM·HABEBAT. PROPTER·SUPERBIAM·IRAM·OMNIUM ET·INVIDIAM·MOVEBAT. ITAQUE·DEI·PUERUM·INFELICEM PUNIVERUNT. OLIM·ORIS·IMAGINEM·IN·FLUVIO· SPECTABAT: STATIM·PULCHRITUDINIS·AMORE·SUPERATUS EST: DIU·FRUSTRA·IMAGINEM·CAPTABAT, TANDEM PROPTER·DOLOREM·VITA·EXCESSIT. E·LOCO, UBI CECIDERAT, FLOS·PULCHER·SURGEBAT: FLOS·HODIE NARCISSUS·VOCATUR.

E·L·T· HILLARD & BOTTING

(23) THE · TWELVE · TABLETS

PRAETER · ALIAS · CAUSAS · IRAE · PROPTER · UNAM · PRAECIPUE CAUSAM · PLEBEIORUM · ANIMI · IRA · EXCITABANTUR. IUS ADMINISTRABANT · SOLI · PATRICII, LEGES · TAMEN · OMNINO ERANT · NULLAE: ITAQUE · IUS · OMNE · AD · ARBITRIUM PATRICIORUM · SEMPER · ADMINISTRATUM · ERAT. TANDEM PRO · CONSULIBUS · DECEMVIRI · A · POPULO · CREATI · SUNT: DECEMVIRI · PRIMO · BENE · IMPERIUM · ADMINISTRAVERUNT · ET LEGES · OMNIBUS · NOTAS · CONDEBANT. MAGNUM · ERAT GAUDIUM · PLEBEIORUM: DECEMVIRI · ITERUM · CREANTUR. IAM · TAMEN · CRUDELITER · AUCTORITATEM · EXERCEBANT: PRAECIPUE · APPIUS · CLAUDIUS · PER · SUPERBIAM · OMNIUM IRAM · MOVEBAT. 'IMPERIUM,' INQUIT, 'DECEMVIRIS POPULUS · CONCESSIT: IMPERIUM · NON · DEPONEMUS'. TUM · ITERUM · AD · MONTEM · SACRUM · PLEBEII · DISCESSERUNT: STATIM · DECEMVIRI · IMPERIUM · DEPOSUERUNT · NEC · ITERUM · CREATI · SUNT. MANEBANT TAMEN · NOVAE · LEGES · IN · DUODECIM · TABULIS · SCRIPTAE.

L.A. WILDING · BOOK 2 · CHAPTER 2 EXERCISES 7 & 8
THESE TENSES NEED "SUM" AS AUXILIARY · VERB
FUTURE · PERFECT, & PLU·PERFECT · INDICATIVE PASSIVE

E·L·T· HILLARD & BOTTING

(24) A·HORRIBLE·BANQUET [E·L·EXERCISES (54) (53) (52)]

DE·TANTALO·FABULAE·MULTAE·ET·MIRAE·NARRANTUR.
SAEPE·AD·CENAM·A·DEIS·IMMORTALIBUS·VOCATUS·ERAT;
SEMEL·DEOS·VOCAVIT. MAGNAM·CENAM·PARAVIT:
SIMUL 'DEORUM,'·INQUIT, 'SAPIENTIAM·TEMPTABO:
CARNEM·HUMANAM·PRO·FERINA·CARNE·APPONAM:
DEI·FRAUDEM·NON·SENTIENT.' ITAQUE·PELOPEM·
FILIUM·NECAVIT, CARNEM·ET·MEMBRA·IN·MULTAS·
PARTES·DIVISIT·ET·IN·AENO·COXIT. TUM·CIBUM·MIRUM
ET·HORRENDUM·DEIS·APPOSUIT. DEI·TAMEN·FRAUDEM
STATIM·SENSERUNT, NIHIL·EDERUNT. CERES·AUTEM
NUPER·FILIAM·AMISERAT: PROPTER·DOLOREM·INCAUTE
PELOPIS·HUMERUM·EDIT. MAGNA·ERAT·DEORUM·IRA
PROPTER·FRAUDEM: MEMBRA·PELOPIS·ITERUM·IN·AENUM
POSUERUNT, ITERUM·COXERUNT: SIC·VITAM·PUERO·
INFELICI·REDDIDERUNT. PRO·HUMERO·ALTER·HUMERUS
EBURNEUS·DATUR: EXINDE·SEMPER·PELOPIDAE·OMNES
ALTERUM·HUMERUM·CANDIDUM·VELUT·EBURNEUM
HABEBANT. TANTALUM·AUTEM·DEI·PRO·SCELERE
MAGNIS·SUPPLICIIS·PUNIVERUNT.

- K·L·S·P. PAGE 50
- FUTURE·PERFECT & ·PLU·PERFECT - INDICATIVE·PASSIVE "AMO"

Sp. *SPURIUS · MAELIUS (25)

IN · URBE · OLIM · MAGNA · ERAT · CIBI · INOPIA. TUM · *SP. MAELIUS, EQUES · PLEBEIUS · PROPTER · DIVITIAS · NOTUS, FRUMENTUM · IN · ETRURIA · EMEBAT · ET · CIVIBUS · PAUPERIBUS AUT · PARVO · VENDEBAT · AUT · GRATIS · DABAT. PROPTER LIBERALITATEM · MAGNO · IN · HONORE · A · PLEBEIIS HABEBATUR · PATRICIORUM · AUTEM · IRAM · MOVEBAT. ITAQUE FALSIS · CRIMINIBUS · ACCUSATUS · EST. 'CONTRA · POPULUM ROMANUM,' CLAMABANT · PATRICII, '*SP. MAELIUS · CONIURAT: REGNUM · APPETIT: SI · IAM · MUNERIBUS · PLEBEIORUM · ANIMIS · PLACUERIT · AUCTORITATEMQUE · CONFIRMAVERIT, ITERUM · MOX · SUB · REGIS · IMPERIO · CIVITAS · ROMANA · TENEBITUR: VOS, CIVES, SI · PATRIAM · AMATIS, Sp. CASSII EXEMPLO · MONEBIMINI'. INGENS · STATIM · TIMOR · INTER OMNES · CIVES · MOVEBATUR. CINCINNATUS · DICTATOR, C. SERVILIUS · AHALA · MAGISTER · EQUITUM · CREATUS · EST. DICTATORIS · IMPERIO · MAELIUS · NON · PAREBAT: TUM · AHALA CUM · TURBA · IUVENUM · PATRICIORUM · FORUM · INTRAVIT; MAELIUM · TELIS · OPPUGNAVERUNT · ET · NECAVERUNT. DIU · INTER · ROMANOS · AHALAE · FACTUM · LAUDABATUR: HODIE · TAMEN · A · MULTIS · Sp. MAELIUS · VIR · BONUS · ET PAUPERUM · AMICUS · HABETUR: NAM · AHALA · POSTEA · DAMNATUS · EST · ET · EX · URBE · IN · EXSILIUM · DISCESSIT.

GRAMMAR = PASSIVE · OF = MONEO 4 TENSES

ELT · HILLARD & BOTTING

PRIDE · PUNISHED (26)

OLIM · MINERVA · TIBIA · LUDEBAT. REPENTE · ORIS IMAGINEM · IN · AQUA · VIDET. 'TIBIA,' INQUIT, 'PULCHRAM DEAM · NON · DECET.' ITAQUE · MAGNA · IRA · A · LOCO · DISCESSIT, TIBIAM · HUMI · RELIQUIT. POSTEA · MARSYAS INVENIT: TIBIA, QUOD · NUPER · OS · DEAE · TETIGERAT, UBI · MARSYAS · LUDEBAT, SONOS · MIROS · ET · DULCES · EMISIT. MAGNUM · ERAT · MARSYAE · GAUDIUM: ETIAM APOLLINEM · AD · CERTAMEN · PROVOCAVIT. 'MUSAE,' INQUIT, 'INTER · NOS · IUDICABUNT; VICTOR · VICTO · SUPPLICIUM CONSTITUET'. IN · SPELUNCA · CERTAMEN · HABEBATUR: APOLLO · CITHARA, MARSYAS · TIBIA · LUDEBANT. MUSARUM ARBITRIO · PENES · APOLLINEM · ERAT · VICTORIA. TUM · DEUS HOMINEM · INFELICEM · PROPTER · SUPERBIAM · CRUDELITER PUNIVIT: AD · ARBOREM · VINXIT · ET · CUTEM · A · VIVO · HOMINE DETRAXIT. E · SPELUNCA, UBI · SANGUIS · HUMI · CECIDERAT, FLUVIUS · FLUEBAT: TIBIA · FLUVIO · AD · ALIAM · TERRAM PORTABATUR, UBI · APOLLINI · IN · TEMPLO · DEDICATA · EST.

E.L.T.

27 THE · CAPTURE · OF · VEII

ETRUSCI · OLIM · TERRA · MARIQUE · MAGNAM · POTENTIAM HABUERANT : TUM · A · GRAECIS · NAVES · DELETAE, A SAMNITIBUS · AGRI · VASTATI · ERANT : POSTEA · SIMUL · A GALLIS · ET · A · ROMANIS · BELLO · VEXABANTUR. URBS VEII · DIU · A · ROMANIS · OBSIDEBATUR : PRIMO · ETRUSCI · NON · SOLUM · URBEM · DEFENDEBANT · SED · ETIAM · INGENTEM · TIMOREM · INTER · ROMANOS · MOVERUNT. ITAQUE · M. FURIUS · CAMILLUS · DICTATOR · CREATUS · EST : CAMILLI · CONSILIO · MILITES · CUNICULUM · SUB · TERRA AD · ARCEM · URBIS · EGERUNT. INTEREA · REX · VEIENTIUM · DIS · IMMORTALIBUS · IMMOLABAT. 'SI · DIS, O · REX,' INQUIT · SACERDOS, 'HOSTIAM · IMMOLABIS, DI VICTORIAM · IN · BELLO · DABUNT.' SACERDOTIS · VERBA ROMANI · AUDIVERUNT : ALIQUOT · MILITES · E · CUNICULO VENIUNT, HOSTIAM · AD · DICTATOREM · PORTANT : CAMILLUS · DIS · IMMOLAVIT. SIMUL · EX · OMNI · PARTE · URBIS · MURI · A · ROMANIS · OPPUGNABANTUR : ALII · ARCEM · PER · CUNICULUM · INTRAVERUNT. CAMILLUS · PROPTER · VICTORIAM · TRIUMPHUM · EGIT : POSTEA · TAMEN, QUOD · PLEBEIORUM · IRAM · MOVERAT, FALSO · CRIMINE · A · TRIBUNIS · ACCUSATUS · EST. 'NON · ME · IUDICES · DAMNABUNT,' INQUIT ; 'ULTRO · IN EXSILIUM · DISCEDAM ; SI · INNOCENS · ACCUSOR, CIVITAS · INGRATA · MOX · DESIDERABIT.

GRAMMAR = PASSIVE · OF · MONEO AD · VISE = 1 FUTURE · PERFECT, 2 PLU · PERFECT + VERB = SUM = I · AM

E.L.T.

WRITING=25·MINS

(28) A·SCHOOLMASTER'S·TREACHERY

ROMANI, UBI·CUM·ETRUSCIS·BELLUM·GEREBANT, URBEM IN·ETRURIA·FALERIOS·OBSEDERUNT. FALISCORUM·FILIOS OMNES·UNUS·MAGISTER·DOCEBAT, VIR·SAPIENS·SED· IMPROBUS. COTIDIE·PUEROS·LUDI·CAUSA·EX·URBE· DUCEBAT, TANDEM·AD·CASTRA·ROMANA·DUXIT. TUM·AD CAMILLUM, IMPERATOREM·ROMANUM, VENIT: 'URBEM, INQUIT, 'ROMANIS·TRADO, NAM·PRINCIPUM·FILIOS·TRADO: SI·PUEROS·OBSIDES·HABEBITIS, FALISCI·STATIM·URBEM TRADENT'. RESPONDIT·CAMILLUS, 'NON·ITA·BELLUM GERIMUS·ROMANI, NEC·CONTRA·PUEROS·ARMA SUMPSIMUS: SUNT·ET·BELLI, SICUT·PACIS, IURA'. TUM MAGISTRUM·NUDAVIT·ET·PUERIS·TRADIDIT: PUERI PRODITOREM·VERBERAVERUNT·ET·IN·URBEM·EGERUNT. MOVIT·ANIMOS·FALISCORUM·CAMILLI·LIBERALITAS: LEGATOS·STATIM·AD·CASTRA·ROMANA, INDE·AD·CURIAM MISERUNT. 'BENEFICIO,' CLAMAVERUNT, 'SI·NON·ARMIS NOS·SUPERAVISTIS: ULTRO·URBEM·TRADIMUS: POPULI TAM·IUSTI·IMPERIO·LIBENTER·PAREBIMUS'.

E.L.T. 21 LINES IN BOOK

(29) THE · CAPTURE · OF · ROME

AD · GALLOS, QUOD · IN · ETRURIAM · COPIAS · DUXERANT, LEGATI A · ROMANIS · MISSI · SUNT : TUM · CONTRA · IUS · GENTIUM LEGATI · ARMA · SUMPSERUNT · ET · CUM · ETRUSCIS · CONTRA GALLOS · PUGNAVERUNT. ITAQUE · GALLI · AB · ETRURIA · IN AGROS · ROMANOS · VENERUNT. STATIM · AB · URBE · EXERCITUS CONTRA · NOVUM · HOSTEM · MISSUS · EST. PROPE · ALLIAM FLUVIUM · PUGNABANT. TERREBANT · ROMANOS · SAEVA · ORA MAGNI · CLAMORES · INGENTIA · CORPORA · BARBARORUM : NOSTRI · VIX · PRIMUM · IMPETUM · SUSTINUERUNT · SED · URBEM FUGA · PETIVERUNT. OMNIUM · ANIMI · INGENTI · TIMORE MOVEBANTUR. IUVENES · STATIM · CAPITOLIUM · OCCUPAVERUNT, RELIQUI, PRAETER · SENATORES, IN ETRURIAM · DISCEDEBANT. GALLI · URBEM · INTRANT, AD FORUM · VENIUNT : MIRUM · IBI · SPECTACULUM · OCULIS OSTENDITUR : NAM · SENATORES · ANIMIS · AD · MORTEM PARATIS · ADVENTUM · HOSTIUM · EXPECTABANT : MAGISTRATUS · IN · EBURNEIS · SELLIS · SEDERUNT · HONORUMQUE · INSIGNIA · GEREBANT. DIU · BARBARI SENES · IMMOTOS, VELUT · DEUM · IMAGINES, SPECTABANT. TUM · UNUS · E · GALLIS · M*. PAPIRII · BARBAM · MANU · PERMULSIT : SENEX · IRATUS · CAPUT · SCIPIONE · EBURNEO · FERIT · STATIMQUE · A · BARBARO · NECATUR. TUM · OMNES · IRA · MOVENTUR · RELIQUOSQUE · SENES · IN SELLIS · TRUCIDANT.

GRAMMAR = PASSIVE · OF = REGO PERFECT · TENSE · NEEDS "SUM"

E.L.T.

(30) A · PROPHECY · INDEPENDENTLY · CONFIRMED

ERANT · IN · ETRURIA · MULTI · ET · SAPIENTES · HARUSPICES. UBI · ROMANI · URBEM · VEIOS · OBSIDEBANT, UNUS · EX HARUSPICIBUS · IN · SERMONEM · CUM · MILITIBUS · ROMANIS INCIDIT. 'ROMANI,' INQUIT, 'URBEM · VEIOS · NON EXPUGNABUNT · NISI · AQUA · E · LACU · ALBANO · EMITTETUR'. POSTEA · E · MURIS · IN · AGGERES · ROMANOS · VENIT. TUM · UNUS · E · ROMANIS, IUVENIS · FORTIS, SENEM · INFIRMUM · SUPERAVIT · ET · AD · IMPERATOREM · TRAXIT. AB · IMPERATORE · AD · URBEM · MISSUS · EST. INTEREA ROMANI · LEGATOS · IN · GRAECIAM · AD · ORACULUM APOLLINIS · MISERANT · ET · REDITUM · EXSPECTABANT. LEGATI · UBI · REVERTERUNT · DEI · RESPONSUM · NUNTIAVERUNT : 'SIC · APOLLO · ROMANOS · MONET : NISI · AQUA · E · LACU · ALBANO · EMITTETUR, ROMANI VEIOS · NON · EXPUGNABUNT'. TUM · DENIQUE · SENI CREDIDERUNT.

LACUS · ALBANUS · TUM · FORTE · IMBRIBUS · AUCTUS · ERAT. ITAQUE · ROMANI · ORACULO · PARENT, AQUAM · PER · AGROS · EMITTUNT, URBEM · VEIOS · EXPUGNANT.

E.L.T.

(31) THE RETURN OF CAMILLUS

INTEREA ARX ROMAE CAPITOLIUMQUE IN INGENTI PERICULO ERAT. NOCTU ALIQUOT GALLI PER ANGUSTAM VIAM GENIBUS NIXI ASCENDEBANT: NON SOLUM MILITES SED ETIAM CANES FALLEBANT, ANSERES TAMEN IUNONI SACROS NON FEFELLERUNT. ANSERUM CLAMORIBUS EXCITATUS EST M.* MANLIUS: PRIMUM HOSTEM MANU DETURBAT: TUM ARMA SUMPSIT, RELIQUOS AD ARMA VOCAVIT; GALLOS SINGULOS ROMANI TRUCIDAVERUNT. MAGNA IAM CIBI INOPIA IN ARCE ERAT: DIU TAMEN SUSTINEBANT; ETIAM PANEM INTER HOSTES IACTABANT. 'NAM SI CIBI INOPIAM SENSERINT,' DICTATOR INQUIT, 'GALLORUM ANIMI CONFIRMABUNTUR.' TANDEM LEGATOS AD HOSTEM MISERUNT: SALUTEM MILLE LIBRIS AURI EMERUNT. AURUM IN FORO A Q.* SULPICIO TRIBUNO MILITUM BRENNO REGI GALLICO DATUR: UBI TRIBUNUS 'INIQUA PONDERA,' INQUIT 'HABETIS, GALLI,' BRENNUS PONDERI GLADIUM ADDIDIT: SIMUL 'VAE VICTIS' CLAMAVIT.

INTEREA TAMEN EXERCITUS A M.* FURIO CAMILLO EXSULE IN ETRURIA COLLECTUS ERAT: VERBA INSOLENTIA A REGE VIX DICTA ERANT UBI CAMILLUS CUM NOVIS COPIIS FORUM INTRAVIT. STATIM GALLOS ACRI IMPETU OPPUGNANT OMNESQUE MOX TRUCIDANT.

FINE-LINER-PENS-WORK BETTER = ON TOP OF 4 PAGES OF A4

GRAMMAR = PASSIVE OF = REGO = FUTURE PERFECT & PLU PERFECT BOTH NEED = "SUM"

E.L.T.

(32) THE · QUEST · OF · THE · GOLDEN · FLEECE

OLIM · CUM · ARGONAUTIS, VIRIS · MULTIS · ET · INTREPIDIS IASON · QUOD · A · PATRUO · MISSUS · ERAT · E · GRAECIA IN · ASIAM · NAVIGAVIT: AUREUM · VELLUS · AB · AEETA · REGE PETEBAT. 'VELLUS · DABO,' RESPONDIT · REX, 'SI · SOLUS TAUROS · ARATRO · IUNXERIS, DENTES · DRACONIS · IN · AGRO SEVERIS'. MEDEA · AUTEM, REGIS · FILIA · IASONIS AMORE · SUPERATA · EST: UBI · PATRIS · VERBA · AUDIVIT MAGNO · TIMORE · MOVEBATUR. TAMEN · CONSILIUM IASONI · DEDIT. 'TAURI,' INQUIT, 'INGENTIA · CORNUA AENEOS · PEDES · HABENT; EX · ORE · FLAMMAS SPIRANT: UBI · DENTES · DRACONIS · SEVERIS, VIRI ARMATI · E · TERRA · SURGENT · TELISQUE · OPPUGNABUNT DENIQUE · AUREM · VELLUS · DRACO · CUSTODIT. MEDEAE TAMEN · MAGICIS · ARTIBUS · OMNIA · PERICULA · SUPERABIS'. SIC · IASON · REGIS · IUSSIS · PARUIT: AUREUM · VELLUS · AD · NAVEM · PORTAVIT, CUM · MEDEA ET · ARGONAUTIS · DISCESSIT. MAGNA · ERAT · REGIS IRA: NAVEM · PARAT, COMITES · AD · ARMA · VOCAT. MEDEA · TAMEN · PARVUM · FRATREM · IN · NAVEM DUXERAT: UBI · ORAM · RELIQUERUNT, FRATREM NECAVIT, CORPUS · IN · MULTAS · PARTES · DIVISIT, MEMBRA · IN · MARE · IACTAVIT. REX · DIU · PUERI INFELICIS · MEMBRA · COLLIGEBAT: ITAQUE IASON ET · MEDEA · INCOLUMES · AD · GRAECIAM · NAVIGAVERUNT.

E.L.T.

(33) THE FATE OF M.* MANLIUS

M. MANLIUS, QUOD CAPITOLIUM E PERICULO SERVAVERAT. CAPITOLINUS A CIVIBUS VOCATUS EST. POSTEA PAUPERUM CAUSAM CONTRA PATRICIOS DEFENDIT. STATIM PATRICII MANLIUM, SICUT ANTEA SP. CASSIUM ET SP. MAELIUM, ACCUSAVERUNT. 'REGNUM,' CLAMABANT, 'APPETIT!' ITAQUE CORNELII COSSI IUSSU VINCTUS EST ET IN CARCEREM DUCTUS. TUM PLEBEII SORDIDATI IN VIAS PUBLICAS VENIEBANT, PROPE ARMA PRO VINDICE SUMEBANT: PATRICII PROPTER TIMOREM LIBERAVERUNT. STATIM MANLII AUDACIA AUGEBATUR: APERTE IAM PLEBEIOS AD VIM ET ARMA VOCAVIT. TUM ETIAM A TRIBUNIS PLEBIS ACCUSATUS EST. FRUSTRA MANLIUS PECTUS NUDAVIT, VULNERA OSTENDIT, A DIS IMMORTALIBUS AUXILIUM PETIVIT: HOMINIS INFELICIS VERBA SINE MISERICORDIA AUDIEBANTUR. A IUDICIBUS DAMNATUS EST ET MORTI INHONESTAE TRADITUS. NAM DE SAXO TARPEIO, UBI CAPITOLIUM SERVAVERAT, A TRIBUNIS PLEBIS DEMISSUS EST. NEMO POSTEA E MANLIA GENTE MARCUS VOCATUS EST.

* MARCUS

GRAMMAR = PRESENT (1), FUTURE (2), IMPERFECT (3), PERFECT (4) = AUDIO

SHORTER PRIMER P. 56

E.L.T.

(34) THE · FIRST · AERONAUTS

DAEDALUS · ARTIFEX · ERAT · PER · OMNEM · GRAECIAM NOTUS. TEMPLA · AEDIFICAVIT, DEUM · IMAGINES · MIRAS ET · PULCHRAS · FINGEBAT. TUM, QUOD · SORORIS · FILIUM · NECAVERAT, A · IUDICIBUS · DAMNATUS · EST · ET AD · CRETAM · INSULAM · DISCESSIT. DIU · CUM · ICARO FILIO · CAPTIVUS · IN · INSULA · TENEBATUR. TANDEM ALAS · FINXIT. 'MARI · UNDIQUE,' INQUIT, 'VELUT · CARCERE IMPEDIMUR : NAVES · NON · HABEMUS : ARTE · TAMEN · VIA APERIETUR. SI · PATRIS · CONSILIO · PAREBIS, PER · AERA SALUTEM · PETES'. TUM · ALAS · AD · HUMEROS · CERA DELIGAVIT. STATIM · ICARUS · IN · AERA · ASCENDIT : MOX QUONIAM · PROPE · SOLEM · VOLABAT, CERA · LIQUESCEBAT, PUER · INFELIX · IN · MARE · CECIDIT · ET · POENAS · AUDACIAE · MORTE · PERSOLVIT. DAEDALUS · AUTEM · INCOLUMIS · IN · ITALIAM · VOLAVIT · UBI · TEMPLUM · AEDIFICAVIT · ALASQUE · APOLLINI · DEDICAVIT.

(35) THE · LICINIAN · LAWS (B.C. 368)

QUAMQUAM · MULTA · PAUPERIBUS · CIVIBUS · CONCESSA · ERANT, NONDUM · TAMEN · FINITUM · ERAT · INTER · PATRICIOS PLEBEIOSQUE · CERTAMEN. LEGES · IDENTIDEM · A-TRIBUNIS PLEBIS · LICINIO · ET - SEXTIO · ROGABANTUR, PER · PATRICIORUM AUCTORITATEM · ANTIQUABANTUR. PER · MULTOS · ANNOS MULTIS · DE · REBUS · CIVITAS · DISSENSIONE · PERTURBABATUR. TANDEM · CAMILLUS · DICTATOR · REMPUBLICAM · ITERUM SERVAVIT. 'FRUSTRA · IAM,' INQUIT, 'TRIBUNORUM POSTULATIONIBUS · RESISTIMUS : MULTA · PATRICII · CONCEDEMUS; CONSULUM · ALTER · E · PLEBEIIS · SEMPER · CREABITUR; AGRI · PUBLICI · NEMO · AMPLIUS · QUINGENTA · IUGERA POSSIDEBIT : CONTRA · RES · UNA · CONCEDETUR · A · PLEBEIIS; IUS · A · PRAETORE · ADMINISTRABITUR, PRAETOR · E · PATRICIIS CREABITUR. TUM · DENIQUE · FINITA · ERIT · DISSENSIO · ET PAX · REIPUBLICAE · REDDETUR'. PLACUIT · OMNIBUS · CAMILLI · CONSILIUM : POSTEA · NULLAE · ERANT · INTER PATRICIOS · ET · PLEBEIOS · DISSENSIONES : DICTATOR TEMPLUM · CONCORDIAE · DEDICAVIT.

SPECIAL · VOCAB · IS · WORDS = PAGES 121, 122
NOUNS · OF · 5TH · DECLENSION ·
PLU · PERFECT & FUTURE · PERFECT · PASSIVE OF 'AUDIO'

36 A·FAMILY·CURSE

DEI·OENOMAUM·REGEM·PER·ORACULUM·SIC·MONUERANT: 'A·GENERO·NECABERIS'. ITAQUE·OENOMAUS 'NEMO,' INQUIT, 'FILIAM·IN·MATRIMONIUM·DUCET'. MULTI·TAMEN PULCHRAM·FILIAM, HIPPODAMIAM, AMABANT, MULTI PETEBANT. 'FILIAM·IN·MATRIMONIUM·NON·DUCES,' RESPONDIT·OMNIBUS, 'NISI·PATREM·IN·CURRUS·CERTAMINE VICERIS: SI·VICTUS·ERIS, MORTE·POENAS·AUDACIAE· PERSOLVES'. MULTI·AD·CERTAMEN·VENIEBANT, MULTI·A REGE·SUPERABANTUR. TANDEM·PELOPS·MYRTILUM REGIS·AURIGAM, PROMISSIS·CONCILIAVIT. 'DIMIDIUM REGNI·DABO,' INQUIT, 'SI·IN·CERTAMINE·ADIUVERIS'. TUM·MYRTILUS·REGII·CURRUS·AXEM·DISCIDIT: ITAQUE REX·E·CURRU·CECIDIT, PELOPS·VICTOR·CUM· HIPPODAMIA·AD·PATRIAM·REVERTIT. SED·QUAMQUAM A·MYRTILO·VIA·AD·VICTORIAM·INVENTA·ERAT, PROMISSUM·PELOPS·NON·PRAESTITIT. NAM·UBI· CURRUM·PROPE·MARE·AGEBAT, AURIGAM·IN·AQUAM DEMISIT. MYRTILUS·AUTEM, 'A·DIS·IMMORTALIBUS,' CLAMAVIT, 'AUXILIUM·PETO: REM·TAM·FOEDAM·DI·NON· NEGLEGENT: PER·OMNES·ANNOS·PELOPIS·PERFIDIAE POENAS·PELOPIDAE·PERSOLVENT'.

SPECIAL·VOCAB = 11 WORDS = PAGE 122
1·REALLY·DO·NEED·TO·UNDERSTAND·PASSIVE·VERBS·IN·LATIN.
SPEECH·MARKS - ALWAYS - SINGLE - IN·THE·BOOK - USED·YELLOW·INK
GRAMMAR = PLU·PERFECT & FUTURE·PERFECT·INDICATIVE·PASSIVE

ELT · HILLARD & BOTTING

(37) M.* VALERIUS · CORVUS (349 B.C.)

CONSUL · ROMANUS · COPIAS · CONTRA · GALLOS · DUXERAT · ET CASTRA · IN · LOCO · IDONEO · POSUERAT. TUM · GALLUS VIR · PROPTER · CORPORIS · MAGNITUDINEM · ET · PULCHRA ARMA · INSIGNIS · AD · NOSTRORUM · STATIONES · VENIT : SCUTUM · HASTA · FERIT · UNUM · E · ROMANIS · AD CERTAMEN · PROVOCAT. ERAT · TUM · IN · EXERCITU ROMANO · TRIBUNUS · MILITUM · IUVENIS · POSTEA · PROPTER MULTAS · VICTORIAS · NOTUS · NOMINE · M.* VALERIUS. 'NISI · CONSULI,' INQUIT, 'INGRATUM · FUERIT, SOLUS CONTRA · HOMINEM · INSOLENTEM · PUGNABO'. DATUR A · CONSULE · VENIA : VALERIUS · AD · CERTAMEN · ARMATUS · PROCESSIT. VIX · IAM · MANUM · CONSERUERANT · UBI · CORVUS · REPENTE · IN · GALEA VALERII · CONSEDIT · ET · IDENTIDEM · OS · OCULOSQUE HOSTIS · ROSTRO · APPETIVIT. ITAQUE · MOX · ROMANUS BARBARUM · SUPERAT. TUM · NEC · GALLI · IN STATIONIBUS · MANEBANT · ET · ROMANI · AD · VICTOREM CUCURRERUNT. NON · IAM · SOLUM · STATIONUM MILITES · SED · LEGIONES · UTRIMQUE · PUGNAE · INTERFUERUNT. DIU · ET · ACRITER · PUGNABANT : TANDEM · ROMANI · BARBAROS · VICERUNT · ET · AD · MARIS · ORAM · FUGAVERUNT.

* MARCUS AUL VERB TENSES - ACTIVE · & · PASSIVE GRAMMAR = INDICATIVE · OF · SUM · SHORTER PRIMER P40

ELT · HILLARD & BOTTING

(38) THE SPIRIT OF ANCIENT ROME

ROMANI · CUM · LATINIS · BELLUM · GEREBANT. DEI · CONSULES PER · SOMNIUM · SIC · MONUERANT = 'SI · EXERCITUS VICERIT, OCCIDETUR · IMPERATOR = SI · IMPERATOR · SUPERFUERIT · VINCETUR · EXERCITUS'. UTRIMQUE · AD · PUGNAM · PROPE · VESUVIUM · MONTEM · PROCESSERUNT T.* MANLIUS · TORQUATUS · DEXTRO · P.* DECIUS · MUS · SINISTRO · CORNU · PRAEERAT = MOX · HOSTES · SINISTRUM CORNU · ACRI · IMPETU · OPPUGNAVERUNT ; NOSTRI · PAULATIM · LOCO · CEDEBANT. TUM · DECIUS 'PRO REPUBLICA · ROMANA,' INQUIT, 'PRO · POPULI · ROMANI EXERCITU, LEGIONIBUS, SOCIIS, DECII · VITAM · CUM LEGIONIBUS · SOCIISQUE · HOSTIUM · DIS · MANIBUS · DEVOVEO'. TUM · ARMATUS · IN · EQUUM · INSILUIT, SOLUS · IN · LATINORUM · ACIEM · INVASIT, INGENTEM NUMERUM · HOSTIUM · OCCIDIT, TANDEM · MORTEM OPPETIVIT. MOVIT · VIRI · INTREPIDI · EXEMPLUM RELIQUORUM · ANIMOS = STATIM · PUGNAM · REDINTEGRAVERUNT, SIMUL · DEXTRO · CORNU · MANLIUS · NOVAS · COPIAS · CONTRA · FESSUM · HOSTEM DUXIT. UBIQUE · ROMANI · VICERUNT : LATINORUM PAUCI · PUGNAE · SUPERFUERUNT.

PASSIVE · VERBS · THAT · REQUIRE = SUM (TO · BE) < PERFECT / FUTURE · PERFECT / PLU · PERFECT >

* TITUS * PUBLIUS

REVISION = ELEMENTARY · LATIN · EXERCISES = UPTO EXE 73, 74, 75

COVERS ALL SIX TENSES - ACTIVE AND PASSIVE AND THE VERB = SUM

E.L.T.

(39) THE CAUDINE FORKS (321 B.C.)

EST IN ITALIA LOCUS PROPTER CLADEM ROMANAM NOTISSIMUS. EXERCITUS ROMANUS, UBI CUM SAMNITIBUS BELLUM GEREBAT, PER SALTUM ANGUSTUM IN CAMPUM INTRAVIT: CAMPO UTRIMQUE MONTES ALTISSIMI IMPENDEBANT: MOX AD ALTERUM SALTUM ETIAM ANGUSTIOREM VENERUNT. INTEREA HOSTES UTRIMQUE SALTUS ARBORIBUS SAEPSERANT EXERCITUMQUE ROMANUM VELUT IN CARCERE TENEBANT. FRUSTRA ALIAM VIAM PETEBANT NOSTRI: TANDEM ARMA HOSTIBUS TRADIDERUNT. TUM C. PONTIUS, SAMNITIUM IMPERATOR, AD PATREM, VIRUM SAPIENTISSIMUM, NUNTIOS MISIT CONSILIUMQUE PETIVIT. 'SI PATRIS CONSILIO PAREBIS,' RESPONDIT SENEX, 'ROMANOS OMNES AUT INCOLUMES LIBERABIS AUT OCCIDES'. FILIUS TAMEN PATRIS CONSILIUM NEGLEXIT: ROMANOS SUB IUGUM MISIT, TUM LIBERAVIT. ANTEA TAMEN C. PONTII IUSSU ROMANI PACEM ET AMICITIAM CUM SAMNITIBUS IUREIURANDO CONFIRMAVERUNT ET OBSIDES DEDERUNT. 'NON SIC,' PATER FILIUM MONUIT, 'AUT AMICOS CONCILIABIS AUT HOSTES DELEBIS'.

REGULAR COMPARISON OF ADJECTIVES = AD-NOUNS

E.L.T.

(40) A · ROMAN · FATHER

T. MANLIUS · TORQUATUS · CONSUL · EXERCITUM · ROMANUM · AD · DISCIPLINAM · SEVERISSIMAM · INSTITUIT. 'NEMO' (SIC · MILITIBUS · EDIXERAT) 'SOLUS · EXTRA ORDINES · CUM · HOSTIBUS · PUGNABIT'. PRAEERAT · TUM HOSTIUM · EQUITIBUS · VIR · PROPTER · VIRTUTEM · NOTISSIMUS · GEMINUS · METTIUS : MANLII · FILIUM METTIUS · AD · CERTAMEN · PROVOCAVIT. MOVIT IUVENIS · ANIMUM · INTREPIDUM · VEL · IRA · VEL · PUDOR : PATRIS · IUSSA · NEGLEXIT · HOSTEMQUE · SUPERAVIT · ET OCCIDIT. TUM · CORPUS · METTII · SPOLIAVIT, SPOLIA · MAGNO · CUM · GAUDIO · AD · PATREM · PORTAVIT. PATER · AUTEM 'QUONIAM, T. MANLI,' INQUIT, 'NEC CONSULIS · IMPERIUM · NEC · PATRIS · AUCTORITATEM TIMES · CONTRAQUE · IMPERATORIS · IUSSA · EXTRA ORDINES · SOLUS · HODIE · CUM · HOSTE · PUGNAVISTI MILITAREMQUE · DISCIPLINAM · NEGLEXISTI, POENAS · AUDACIAE · MORTE · PERSOLVES. TRISTE EXEMPLUM · ERIMUS, SED · RELIQUIS · IUVENIBUS UTILE'. STATIM · PATRIS · IUSSU · FILIUS · AD SUPPLICIUM · DUCITUR.

E.L.T.

(41) A · PYRRHIC · VICTORY (280 · B.C.)

TARENTI · INCOLAE, UBI · BELLUM · CUM · ROMANIS · GEREBANT, AUXILIUM · A · PYRRHO, EPIRI · REGE PETIERUNT. PYRRHUS · CUM · MAXIMO · EXERCITU GRAECORUM · AD · ITALIAM · VENIT · ET · CUM · ROMANIS PROPE · HERACLEAM · PUGNAVIT. TUM · PRIMUM · IN PROELIUM · CONTRA · ROMANOS · ELEPHANTI · DUCTI SUNT. ROMANI · PARTIM · PROPTER · ANIMALIUM INGENTIUM · TIMOREM, PARTIM · PROPTER · OPTIMAM DISCIPLINAM · GRAECORUM · VICTI · SUNT. PLURIMI TAMEN · UTRIMQUE · CECIDERUNT. PYRRHUS, UBI TOT · MORTUORUM · CORPORA · VIDIT, 'SI · EIUSMODI · VICTORIAM · ITERUM · REPORTAVERO,' CLAMAVIT, 'SOLUS · AD · EPIRUM · NAVIGABO'. UTILISSIMA · FUIT PYRRO · CINEAE · LEGATI · SAPIENTIA, NAM · PLURA OPPIDA · PER · ELOQUENTIAM · CONCILIAVIT · CINEAS QUAM · REX · BELLO · SUPERAVIT : FRUSTRA · TAMEN CUM · ROMANIS · IN · URBE · DE · PACE · DISSERUIT : 'NUMQUAM · CUM · HOSTIBUS, DUM · IN · ITALIA · SUNT,' APPIUS · CLAUDIUS · SENATOR · RESPONDIT, 'DE · PACE ROMANI · DISSERUNT'. CINEAS, UBI · AD · PYRRHUM REVERTIT, 'ROMANORUM,' INQUIT, 'URBS · DEORUM TEMPLUM, SENATUS · DEORUM · CONCILIUM · EST'. TANDEM · PYRRHUS · PROPE · BENEVENTUM · VICTUS EST ; POSTEA · AD · GRAECIAM · REVERTIT.

GRAMMAR = COMPARISON · OF [AD · JECTIVES / AD · NOUNS] 'ILIS'

E.L.T.

42

THE · JUDGEMENT · OF · PARIS

DEI · OLIM, QUOD · PELEUS · THETIN · DEAM · IN · MATRIMONIUM DUCEBAT, MAGNUM · CONVIVIUM · CELEBRANT. · DI · DEAEQUE · OMNES · AD · CENAM · VOCANTUR, PRAETER DISCORDIAM = ITAQUE · IRATA · DEA · POMUM · IN · MEDIAM TURBAM · IACTAVIT ; IN · POMO · INSCRIPTA · ERANT · VERBA 'PULCHERRIMAE · DEAE · MUNUS · POMUM · MITTITUR'. STATIM · MAXIMA · FUIT · INTER · IUNONEM, MINERVAM, VENEREM · RIXA = RES · PARIDIS · ARBITRIO · MANDATA EST. PARIS, REGIS · TROIANI · PRIAMI · FILIUS, OVES TUM · IN · MONTE · IDAEO · PASCEBAT. AD · MONTEM VENIUNT · DEAE = PUERI · ANIMUM · PROMISSIS · CONCILIANT. IUNO · MAGNAS · DIVITIAS, MINERVA BELLI · FAMAM, VENUS · PULCHERRIMAM · OMNIUM UXOREM · PROMITTIT. VENERI · DAT · PARIS · POMUM = VENERIS · AUXILIO · AD · GRAECIAM · NAVIGAVIT, MOX CUM · HELENA, REGIS · MENELAI · UXORE, OMNIUM TUM · FEMINARUM · PULCHERRIMA, AD · PATRIAM REVERTIT. TUM · MENELAUS · CUM · AGAMEMNONE FRATRE · PLURIMAS · NAVES · PARAVIT, AD · ASIAM NAVIGAVIT, URBEM · TROIAM · OBSIDEBAT · DECEMQUE POST · ANNOS · EXPUGNAVIT.

E.L.T.

(43) CHIVALRY · IN · WAR

ROMANIS, UBI · CUM · PYRRHO · BELLUM · GEREBANT, PRAEERAT · FABRICIUS. MULTA · IN · HISTORIA · DE FABRICIO, MULTA · DE · PYRRHO · NARRANTUR. OLIM TRANSFUGA · E · GRAECORUM · EXERCITU · AD · CASTRA ROMANA · VENIT = STATIM · AD · IMPERATOREM · DUCTUS EST. 'VIA · AD · VICTORIAM · FACILLIMA · ROMANIS APERITUR,' INQUIT; 'SI · PECUNIAM · MIHI · DABIS, CASTRA · PETAM, REGEM · VENENO · NECABO!' RESPONDIT · FABRICIUS, 'INGRATIOR · ERIT · NOBIS EIUSMODI · VICTORIA · QUAM · MISERRIMA · CLADES: VIRTUTE, NON · PERFIDIA, HOSTES · VINCIMUS'. TUM IMPERATORIS · IUSSU · EUM · AD · GRAECORUM · CASTRA MILITES · REDUCUNT · TOTAMQUE · REM · PYRRO NARRANT. MOVIT · REGIS · ANIMUM · FABRICII LIBERALITAS: STATIM · OMNES · CAPTIVOS ROMANIS · SINE · PRETIO · REDDIDIT. CONTRA ROMANI · LEGATOS · AD · PYRRHUM · MISERUNT. 'DE PACE,' INQUIUNT, 'ROMANI · CUM · HOSTIBUS, DUM · IN · ITALIA · SUNT, NON · DISSERUNT = TIBI TAMEN, VIRO · OMNIUM · GENEROSISSIMO, LIBENTER · CONCEDIMUS · INDUTIAS'.

GRAMMAR = PRO · NOUNS IS - EA - ID SEE = K.R.L.P.

E.L.T.

(44) ANCIENT · ROBBERS

THESEUS, PRAETER · ALIA · FACTA · INSIGNISSIMA, MAXIMAM · SIBI · FAMAM · COMPARAVIT · QUOD · LATRONES PROPTER · CRUDELITATEM · NOTOS · PROCRUSTEM, SCIRONEM, SINONEM · OCCIDERAT. PROCRUSTES, SI FORTE · ADVENAM · VI · SUPERAVERAT, EUM · NON · SOLUM SPOLIABAT · SED · AD · LECTUM · DELIGABAT = TUM · SI HOMINIS · INFELICIS · CORPUS · BREVIUS · ERAT · QUAM LECTUS, MEMBRA · EIUS · AD · IDONEAM · LONGITUDINEM TENDEBAT; CONTRA · SI · BREVIOR · LECTUS · ERAT · QUAM · CORPUS, PEDES · VEL · PARTEM · MEMBRORUM GLADIO · ABSCIDEBAT.

SCIRON · IN · SAXO · ALTISSIMO · SEDEBAT. EIUS · IUSSU VIATORES · PEDES · LATRONIS · LAVABANT; DUM · LAVANT SCIRON · ICTU · PEDIS · IN · MARE · DEMITTEBAT.

SINON · VERTICEM · ARBORIS · AD · TERRAM · FLECTEBAT = CAPTIVI · CAPUT · AD · VERTICEM, PEDES · AD · TRUNCUM · DELIGABAT = TUM · REPENTE VERTICEM · REMITTEBAT.

E.L.T.

45 THE FIRST PUNIC WAR (264 -241 B.C.)

TYRII OLIM IN AFRICA HAUD PROCUL AB HISPANIA COLONIAM COLLOCAVERANT MAGNAMQUE URBEM CARTHAGINEM NOMINE AEDIFICAVERANT: HUIUS URBIS INCOLAE POENI VOCABANTUR. HI PER MERCATURAM MAGNAS DIVITIAS COMPARAVERUNT FINITIMOSQUE POPULOS IMPERIO SUO ADIUNXERUNT = URBEM INGENTIBUS MURIS MUNIVERANT TEMPLISQUE PULCHERRIMIS ORNAVERANT. MULTA IN HISTORIA DE ILLIUS GENTIS CRUDELITATE NARRANTUR = DUCES, SI IN BELLO VICTI ERANT, SINE MISERICORDIA OCCIDEBANT; INFANTES SUOS DIS IMMOLABANT. OMNIUM IAM POPULORUM ROMANI ET POENI POTENTISSIMI ERANT = INTER AEMULAS GENTES CAUSA BELLI MOX INVENITUR. IN SICILIA HIERO, REX SYRACUSARUM, MAMERTINOS OBSIDEBAT = ROMANI AD MAMERTINOS, POENI AD HIERONEM AUXILIUM MISERUNT. TUM HIERO PACEM AMICITIAMQUE CUM ROMANIS CONFIRMAVIT POENI SOLI CUM ROMANIS BELLUM GEREBANT ORAMQUE ITALIAE NAVIBUS VASTABANT.

GRAMMAR = HIC & ILLE

GRUNGE + MUSIC = 90s

E.L.T.

(46) AN ANCIENT SORCERESS

ULIXES · CUM · COMITIBUS · OLIM · AD · INSULAM AEAEAM · NAVIGAVIT : HABITABAT · IN · EA · INSULA CIRCE, DEA · PROPTER · ARTEM · MAGICAM · NOTISSIMA. ULIXES · PRIMO · IN · ORA · MANEBAT, COMITUM · NONNULLOS · IN · INTERIOREM · PARTEM · INSULA · MISIT. EX · HIS · EURYLOCHUS · SOLUS · AD · DUCEM · REVERTIT. 'MAGNUM · NOS · PERICULUM · MANET · IN · HAC · INSULA,' INQUIT; 'VIX · A · TE · DISCESSERAMUS · UBI · MAGNAM DOMUM · IN · MEDIA · SILVA · VIDIMUS = PROPE · PORTAS ERRABANT · MULTA · ANIMALIA, NEQUE · TAMEN · NOS OPPUGNABANT. TUM · DOMO · EXCESSIT · FEMINA, VEL DEA, PULCHERRIMA = VERBIS · NOS · DULCIBUS · COMPELLAVIT · ET · CIBUM · DEDIT = TUM · COMITES MEOS · REPENTE · VIRGA · FERIT · ET · IN · SUES · VERTIT. EGO · SOLUS · DOMUM · NON · INTRAVERAM, SOLUS · AD TE · REVERTI'. TUM · ULIXES · AD · LOCUM · STATIM PROPERAVIT : OCCURRIT · IN · ITINERE · MERCURIUS. 'FRUSTRA · TU,' INQUIT, 'HOMO · CONTRA · DEAM PUGNABIS : MEO · TAMEN · AUXILIO · INCOLUMIS · ERIS'. TUM · HERBAM · MAGICAM · DEDIT · ET · MULTA · MONEBAT. ITAQUE · NON · SOLUM · SIBI · SED COMITIBUS · SALUTEM · COMPARAVIT : NAM · CIRCE FRUSTRA · CONTRA · ULIXEM · ARTES · EXERCUIT · ET COMITIBUS · FORMAM · HUMANAM · REDDIDIT.

E.L.T.

(47) THE · FIRST · ROMAN · NAVAL VICTORY (261 B.C.)

ROMANI · TERRA, POENI · MARI · OMNIUM · TUM POPULORUM · POTENTISSIMI · ERANT. ITAQUE · IN · HOC · BELLO · ROMANI · MAXIMA · DIFFICULTATE · TENEBANTUR · QUOD · POENI · PLURIMAS · NAVES, IPSI · NULLAS · OMNINO · HABEBANT. HAC · DE · RE · MIRA FABULA · IN · HISTORIA · NARRATUR. UNA · E · NAVIBUS PUNICIS · IN · ORAM · ITALIAE · VENTO · REPULSA · ERAT: STATIM · ROMANI · ALIAM · NAVEM · EIUSDEM · FORMAE, MOX ALIAS · NAVES · AEDIFICABANT: TANDEM · MAGNAM · CLASSEM HABEBANT. TUM · MARI · QUOQUE · CUM · POENIS · BELLUM · GESSERUNT: C. DUILIUS · MAXIMAM · SIBI · FAMAM · COMPARAVIT · QUOD · PRIMUS · OMNIUM · DUCUM · ROMANORUM · VICTORIAM · MARI · PROPE · MYLAS · REPORTAVIT. NAVIUM · CAPTARUM · ROSTRIS · FORUM · ORNAVERUNT: HAEC · ROSTRA · COLUMNAM · ROSTRATAM · VOCABANT. DUILIO · IPSI · MAXIMUS · HONOR · A · CIVIBUS · DATUS · EST. NAM · QUOTIENS · NOCTU · AD · SUUM · DOMICILIUM · COMMEABAT · TIBICINES · EUM · CUM · TAEDIS · DEDUCEBANT.

GRAMMAR = IPSE & IDEM

E.L.T.

(48) ORPHEUS

OMNIUM · OLIM · POETARUM · NOTISSIMUS · ERAT ORPHEUS : MULTAE · DE · ILLO · FABULAE · NARRANTUR. QUOTIENS · CITHARA · LUDEBAT, POST · SE · NON · SOLUM ANIMALIA · SED · ETIAM · ARBORES · ET · SAXA · TRAHEBAT. EIUSDEM · CITHARAE · DULCI · SONO · ARGONAUTAE NAVEM · IN · MARE · DEDUXERUNT, ET · DRACO, AUREI VELLERIS · CUSTOS, SOPITUS · EST. UXOREM · ILLE EURYDICEN · ANTE · OMNIA · AMABAT : HAEC · UBI VITA · EXCESSIT, ET · IPSE · AD · MANES · DESCENDIT UXOREMQUE · A · PLUTONE · PETIVIT. RESPONDIT DEUS, ' UXOREM · POST · TE · AD · TERRAM · DUCES, IN TERRA · ITERUM · FACIEM · EIUS · SPECTABIS : TU PRIMUS · ASCENDES : SI · SEMEL · OCULOS · RETRO VERTERIS, UXOR · TUA · AD · MANES · DESCENDET · NEC ITERUM · ASCENDET'. MAXIMO · TUM · GAUDIO · DISCESSERUNT ; PROPE · IAM · AD · TERRAM · VENERANT · UBI · POETA · PROPTER · INGENTEM AMOREM · OCULOS · RETRO · VERTIT : STATIM EURYDICE · AD · MANES · REVERTIT. POSTEA · SEMPER · ORPHEUS · PROPTER · DOLOREM · ALIAS · FEMINAS · CONTEMNEBAT : ILLAE · IRATAE · HOMINIS INFELICIS · CORPUS · DILANIAVERUNT, CAPUT · IN HEBRUM · FLUVIUM · DEMISERUNT.

E.L.T.

(49) THE ROMANS INVADE AFRICA (256 B.C.)

ROMANORUM · IAM · ANIMI · VICTORIA · CONFIRMATI · ERANT. 'NON · SOLUM · NOS · CONTRA · POENOS · DEFENDEMUS,' CLAMABANT; 'IPSI · ULTRO · IN · AFRICA · BELLUM · GEREMUS'. ITAQUE · CLASSEM · PUNICAM · ITERUM · SUPERAVERUNT, MOX INGENTEM · EXERCITUM · IN · HOSTIUM · AGRO · EXPOSUERUNT. POENI · PRIMO · DESPERABANT: ERAT · AUTEM · INTER MILITES · MERCENARIOS, QUORUM · AUXILIO · BELLA GEREBANT, VIR · QUIDAM · LACEDAEMONIUS, XANTHIPPUS NOMINE, MILITIAE · PERITISSIMUS. IS · COPIAS · PUNICAS AD · SUMMAM · DISCIPLINAM · INSTITUIT, LOCUM · IDONEUM DELEGIT, ROMANOS · IN · MAGNO · PROELIO · SUPERAVIT. REGULUS, QUI · EXERCITUI · ROMANO · PRAEFUIT, CUM PLURIMIS · ALIIS · IN · HOSTIUM · MANUS · VENIT. HIC POSTEA · AD · URBEM · LEGATUS · MISSUS · EST, POENORUM TAMEN · IUSSIS · NON · PARUIT. 'SI · SAPIENTES · ESTIS, CIVES · ROMANI,' INQUIT, 'CAPTIVOS · NON · MUTABITIS NEC · PECUNIA · REDIMETIS · EOS · QUI · HOSTIBUS · SE TRADIDERUNT. IPSE · SENEX · SUM · NEC · IAM REIPUBLICAE · UTILIS: POENORUM · DUCES, QUOS · HABETIS · CAPTIVOS, ARMA · ITERUM, SI · LIBERABITIS, CONTRA · VOS · SUMENT'. TUM · AD · POENOS, QUOD SIC · PROMISERAT, REVERTIT, QUAMQUAM · ILLIUS GENTIS · CRUDELITATEM · HAUD · IGNORABAT. TRISTIS DE · VIRO · INTREPIDO · FABULA · POSTEA · NARRABATUR; NAM · POENI · CRUDELISSIMIS · EUM · SUPPLICIIS · OCCIDERUNT.

ELE EXE 91 TO 96 – RELATIVE · PRONOUNS

E.L.T.

(30) A · FAITHLESS · KING

URBS · TROIA, QUAM · PER · TOT · ANNOS · GRAECI · OBSIDEBANT, A · DIS · NEPTUNO · ET · APOLLINE · AEDIFICATA · EST. HIS · REX · URBIS · MAGNA · MUNERA · PROMISIT, PROMISSUM · TAMEN · NON · PRAESTITIT. IRATUS · TUM NEPTUNUS · MONSTRUM · HORRENDUM · AD · TERRAM · MISIT, QUOD · AGROS · DIU · VASTABAT : TROIANI · QUOTANNIS · ORACULI · IUSSU · PUELLAM · IMMOLABANT. HAS · HOSTIAS · POPULUS · SORTE · DELIGEBAT : TANDEM REGIS · IPSIUS · FILIAM · DELIGEBANT. MAGNO · TUM DOLORE · LAOMEDON · MOVEBATUR : FORTE · TAMEN · HERCULES · NUPER · EO · VENERAT. 'IUPPITER · OLIM,' INQUIT, 'EQUUM · TIBI · DEDIT : HUNC · SI · TU · EQUUM MIHI · DEDERIS, FILIAM · TUAM · E · MORTE · SERVABO'. QUOD · PETIERAT, REX · PROMISIT. TUM · HERCULES MONSTRUM · OCCIDIT · FILIAMQUE · PATRI · REDDIDIT : ILLE · AUTEM · ITERUM · PROMISSUM · NON · PRAESTITIT. ITAQUE · HERCULES · MAGNAM · CLASSEM · PARAVIT, MAGNUM · EXERCITUM · COLLEGIT. TUM · URBEM · OBSEDIT · TANDEMQUE · EXPUGNAVIT : REGEM · IPSUM CUM · FILIIS · OMNIBUS · PRAETER · PRIAMUM · OCCIDIT.

PARAGRAPH = §

GRAMMAR = RELATIVE · PRONOUNS · P·32 · K.S.L.P. § 125 TO 128 · THE · FOUR · CONCORDS

E.L.T.

(51) END OF THE FIRST PUNIC WAR (241 B.C.)

MAGNAM VICTORIAM IN ILLO BELLO ROMANI A POENIS PROPE PANORMUM REPORTAVERUNT. HOC PROELIUM OB EAM REM INSIGNE EST, QUOD ROMANI ELEPHANTOS, QUOS ANTEA SEMPER TIMUERANT, REPPULERUNT. TUM URBEM LILYBAEUM, QUAM PYRRHUS OLIM FRUSTRA OPPUGNAVERAT, CLASSE PER DECEM ANNOS OBSIDEBANT.

ERANT SEMPER CUM EXERCITU ROMANO IN OMNIBUS BELLIS HARUSPICES QUI PULLOS DIS SACROS CUSTODIEBANT: QUI PULLI SI CIBUM NON EDEBANT IRA DEORUM OSTENDEBATUR. OLIM P. CLAUDIUS QUI NUPER AD CLASSEM IMPERATOR VENERAT, IMPETUM IN HOSTIUM CLASSEM PARABAT. MONEBANT EUM HARUSPICES, 'HODIE PULLI CIBUM NON EDUNT'. 'BIBENT TAMEN,' RESPONDIT IRATUS IMPERATOR, MANUQUE PULLOS IN MARE DEMISIT. TUM CLASSEM OPPUGNAVIT: DI AUTEM HOMINIS INSOLENTIS SUPERBIAM PUNIVERUNT: IPSE ENIM SUPERATUS EST NAVIUMQUE MAXIMAM PARTEM AMISIT: NEC MULTO POSTEA NAVES LONGAE CENTUM ET VIGINTI, ONERARIAE OCTINGENTAE DELETAE SUNT. TANDEM AUTEM ROMANI IN MAGNO PROELIO PROPE AEGATES INSULAS POENOS VICERUNT. TUM DENIQUE PAX INTER DUOS POPULOS CONFIRMATUR: POENI SICILIAM ROMANIS TRADUNT, CAPTIVOS SINE PRETIO REDDUNT, AMPLIUS TRIA MILIA TALENTUM PERSOLVUNT.

GRAMMAR - CARDINAL NUMERALS

IN BOOK = 23 LINES

E.L.T

52

THE GORGON'S HEAD

ERANT OLIM TRES SORORES GORGONES, E QUIBUS UNA, MEDUSA NOMINE, PULCHRA PUELLA FUERAT: QUONIAM AUTEM MINERVAE DISPLICUERAT, CRINES EIUS A DEA IN SERPENTES VERSI SUNT. POSTEA OMNES QUI MEDUSAE CAPUT SPECTAVERANT IN LAPIDEM VERTEBANTUR. PERSEUS TAMEM DEORUM AUXILIO EAM OCCIDIT. NAM SPECULUM EI MINERVA, MERCURIUS FALCEM DEDIT. ITAQUE MEDUSAM DUM DORMIT, PER SPECULUM SPECTAT, CAPUT FALCE ABSCINDIT ET IN SACCO AVEHIT. ERAT TUM PULCHRA PUELLA, REGIS AETHIOPUM FILIA ANDROMEDA NOMINE, CUIUS MATER DEORUM IRAM MOVERAT QUOD FILIAE PULCHRITUDINEM NIMIS LAUDAVERAT. ITAQUE NEPTUNUS MONSTRUM INGENS IN TERRAM MISIT: INCOLAE ORACULO SIC MONEBANTUR: 'PERICULO LIBERABIMINI SI MONSTRO ANDROMEDAM TRADETIS!' ITAQUE PUELLA AD SAXUM DELIGATA EST. IBI EAM INVENIT PERSEUS QUI DRACONEM MEDUSAE CAPITE IN LAPIDEM VERTIT PUELLAMQUE LIBERAVIT. TUM ANDROMEDAM IN MATRIMONIUM DUXIT CAPUTQUE MEDUSAE DEDIT MINERVAE QUAE IN MEDIO SCUTO POSUIT.

E.L.T

(53) HANNIBAL (BORN 246 B.C.)

POENI · POST · HANC · CLADEM · MAGNIS · DIFFICULTATIBUS TENEBANTUR, NAM · MULTAE · GENTES, QUAS · ANTEA REXERANT, AB · IMPERIO · PUNICO · IAM · DESCISCEBANT. HAS · BELLO · LONGO · ET · CRUDELI · HAMILCAR, QUI · POENORUM · COPIIS · PRAEFUIT, SUPERAVIT. MOVEBAT SEMPER · VIRI · FORTISSIMI · ANIMUM · CLADIS, QUAM NUPER · PATRIA · SUSTINUERAT, MEMORIA = MOX · BELLUM CONTRA · HISPANOS · PARAVIT. OLIM · DIS · HOSTIAM IMMOLABAT = ADERAT · FILIUS · EIUS · HANNIBAL, PUER TUM · NOVEM · ANNOS · NATUS, QUI · MULTIS · CUM LACRIMIS · PATREM · IMPLORAVIT. 'SI · ME · AMAS, PATER,' CLAMAVIT, 'ME · QUOQUE · CUM · EXERCITU · AD BELLUM · DUCES'. TUM · PATRIS · IUSSU · PUER MANUM · IN · ARA · POSUIT · ET · HIS · VERBIS · IUREIURANDO SE · OBLIGAVIT = 'SEMPER · EGO · ROMANIS · HOSTIS ERO, SEMPER · CUM · ILLA · GENTE · BELLUM · GERAM'. NONO · ILLIUS · BELLI · ANNO · HAMILCAR · IN · PROELIO CECIDIT = HANNIBAL · AUTEM · PATRIS · VERBA SEMPER · MEMORIA · TENEBAT · NEC · MULTO · POST SOCIOS · ROMANORUM · SAGUNTINOS · OPPUGNAVIT.

GRAMMAR = ORDINAL · NUMBERS 1 TO 20

WRITTEN · IN SILENCE

E.L.T.

(34) HOW TO EVADE DESTINY

MYCERINI, REGIS AEGYPTII, PATER CHEOPS DEOS NEGLEXERAT, CRUDELITER IMPERIUM ADMINISTRAVERAT, MULTOS TAMEN ANNOS REXERAT = IPSUM AUTEM MYCERINUM OMNES PROPTER HUMANITATEM AMABANT. TUM DEI EUM PER ORACULUM HIS VERBIS MONUERUNT: 'SEX ANNOS IN HAC TERRA REGNABIS: SEPTIMO ANNO VITA EXCEDES.' REX IRATUS AD ORACULUM NUNTIOS MISIT, INIQUOS DEOS MULTIS VERBIS ACCUSAVIT. RESPONDERUNT ILLI, 'OB EAM IPSAM REM VITA TIBI TAM BREVIS CONCEDITUR = QUOD DEIS PLACUERAT, ID TU NEGLEXISTI. POENA IN AEGYPTIOS PER CENTUM ET QUINQUAGINTA ANNOS A DIS CONSTITUTA ERAT = ID PATER TUUS ET PATRUUS INTELLEXERUNT, TU NON INTELLEXISTI.' QUOD UBI AUDIVIT, MYCERINUS PER RELIQUAM VITAM VOLUPTATI SE TRADIDIT = DIE PER SILVAS ET LOCA IUCUNDISSIMA ERRABAT; PER TOTAM NOCTEM REGIAM TAEDIS ILLUMINABAT ET CONVIVIA CUM COMITIBUS CELEBRABAT. 'SIC ENIM,' INQUIT, 'ANNOS NON SEX, SED DUODECIM VIVAM!'

1973 PDF = NOT GOOD = THIS PAGE

E.L.T.

55 THE FALL OF SAGUNTUM (218 B.C.)

SAGUNTINI, QUI URBEM MURIS ET TURRIBUS MUNIVERANT, OCTO MENSES POENORUM IMPETUM SUSTINEBANT = FRUSTRA A ROMANIS AUXILIUM, AB HANNIBALE PACEM PETIVERUNT. TANDEM PRIMI CIVITATIS AURUM ARGENTUMQUE OMNE IN FORUM COLLIGUNT, IN IGNEM IACTANT, IPSI IN FLAMMAS SALTANT = RELIQUORUM PLURIMI CUM UXORIBUS LIBERISQUE DOMOS SUPER SE IPSOS INCENDUNT. INTEREA, QUONIAM MURI CUSTODIBUS NUDATI ERANT, HOSTES URBEM INTRAVERUNT. TUM Q. FABIUS CUM ALIIS LEGATIS ROMA CARTHAGINEM MISSUS EST. 'NISI PUBLICO CONSILIO,' INQUIT, 'SOCIOS NOSTROS OPPUGNAVISTIS ET DUCIS VESTRI FACTUM IPSI PROBATIS, HANNIBALEM ROMANIS TRADITE'. AD QUAE UBI MULTA ET INSOLENTIA RESPONDERUNT POENI, TOGAE SINUM MANU TENUIT, TUM 'HIC', INQUIT, 'BELLUM ET PACEM PORTAMUS = UTRUM PLACET, SUMITE'. ILLI, NON MINORE CUM SUPERBIA, 'UTRUM PLACET, DA' CLAMAVERUNT. 'BELLUM DO,' RESPONDIT LEGATUS. ILLI 'SIC ESTO = BELLUM EODEM NOS ANIMO, QUO SUMPSIMUS, GEREMUS'.

GRAMMAR = IMPERATIVE · ACTIVE · REGULAR VERBS & SUM 16 MINUTES

E.L.T. 56

A·TRAGIC·END

OMNIUM · OLIM · ATHLETARUM · NOTISSIMUS · FUIT MILO, QUI · IDENTIDEM · IN · LUDIS · AEMULOS SUPERABAT. A · CIVIBUS · SUIS · IN · MAGNO · HONORE HABEBATUR · ETIAMQUE · POPULI · EXERCITUI · IN · BELLO PRAEFUIT. FABULAE · MULTAE · ET · MIRAE · DE MILONE · TRADUNTUR, NAM · PROPTER · INGENTES · VIRES MAXIMAM · SIBI · FAMAM · COMPARAVIT. OLIM IUVENCAM · QUATTUOR · ANNOS · NATAM · IN · HUMERIS PER · STADIUM · PORTAVIT = EANDEM · POSTEA · IUVENCAM UNO · DIE · EDIT. SENEX · TANDEM · INFIRMO IAM · CORPORE · ALIQUANDO · PER · SILVAM · ERRABAT, UBI · ARBOREM · QUANDAM · VIDIT · QUAE · RIMIS · MEDIA PARTE · HIABAT. TUM · ILLE · MANUS · IN · RIMAS IMMISIT · TRUNCUMQUE · DISCINDEBAT = ET · MEDIAM QUIDEM · PARTEM · DISCIDIT, TUM · INFIRMAS · IAM · MANUS REMISIT. STATIM · ARBOR · AD · NATURAM · REVERTIT. ITAQUE · QUONIAM · MANUS · EIUS · TRUNCO · TENEBANTUR IN · LOCO · MANSIT · ET · A · LEONIBUS · VORATUS · EST.

E.L.T.
57

CROSSING · THE · ALPS (218 B.C.)

CUM · QUINQUAGINTA · MILIBUS · PEDITUM, EQUITUM
NOVEM · MILIBUS, MAGNOQUE · NUMERO
ELEPHANTORUM · HANNIBAL · EX · HISPANIA · EXCESSIT=
MIRA · CELERITATE · TRANS · MONTES · PYRENAEOS
PER · GALLIAM · CONTENDIT = TUM · INGENTIBUS · CUM
COPIIS, QUARUM · DIMIDIUM · IN · ITINERE · AMISIT,
ALPES · SUPERAVIT, QUA · RE · NIHIL · MAGIS
MEMORABILE · AB · ULLO · IMPERATORE · GESTUM · EST.
MAGNIS · ILLE · DIFFICULTATIBUS · IMPEDIEBATUR,
NAM · FLUMINA · NIVE · ET · IMBRIBUS · AUCTA
ERANT, SIMUL · A · BARBARIS, QUI · SAXA · INGENTIA
IN · AGMEN · DEMISERUNT, OPPUGNABATUR.
TANDEM · DECIMO · DIE · AD · SUMMOS · MONTES
VENERUNT, UNDE · CAMPOS · ITALIAE · OCULIS
SPECTABANT. EO · TAMEN · VEL · DIFFICILIUS
DESCENDEBANT · QUAM · NUPER · ASCENDERANT =
NAM · IN · NIVE · NEC · HOMINES · NEC · ANIMALIA
VESTIGIA · FIRME · PONEBANT = ALIQUANDO
(SIC · ENIM · IN · HISTORIA · TRADITUR), QUOD · SAXA
ITER · IMPEDIEBANT, ARBORES · INCENDERUNT,
MOX, UBI · SAXA · ARDEBANT, ACETUM · INFUDERUNT
STATIM · LIQUESCEBANT · SAXA · ET · VIA · TANDEM
APERIEBATUR. OCTAVO · DIE · EI · QUI · SUPERERANT
IN · CAMPOS · ITALIAE · DESCENDERUNT.

GRAMMAR = COMPARISON COMPARASON OF · AD · VERBS (PASSIVE · OF REGULAR · VERBS)

E.L.T

58

THE JEALOUSY OF A GODDESS

ARACHNE ARTE LANIFICA ALIIS OMNIBUS PRAESTABAT QUAM OB CAUSAM MAGNAM UBIQUE FAMAN COMPARAVIT ET MULTAE UNDIQUE PUELLAE DOMUM EIUS VENIEBANT TELASQUE QUAS TEXUERAT SPECTABANT. HIS REBUS ANIMUS AD SUPERBIAM MOVEBATUR = 'TELAS,' CLAMAT 'PERITIUS QUAM MINERVA IPSA TEXO = DEAM ETIAM AD CERTAMEN PROVOCO'. HAUD MULTO POSTEA ANUS INFIRMO CORPORE AD EAM VENIT. 'MULTI,' INQUIT, 'DEOS AD CERTAMEN PROVOCAVERUNT = OMNES POENAS AUDACIAE PERSOLVERUNT = HORUM TU EXEMPLO MONERE'. ILLA TAMEN CONSILIUM CONTEMPSIT; ITERUM PROVOCAT. TUM REPENTE RES MIRA OCULIS OSTENDITUR = NON IAM ANUS INFIRMA, SED DEA IPSA ADEST. 'MINERVAM,' INQUIT, 'AD CERTAMEN PROVOCAVISTI = VENIT'. STATIM AD REM SE APPLICANT. TEXIT ARACHNE TELAM PULCHERRIMAM, IN QUA DEORUM IMAGINES FINGEBAT. OPERIS PULCHRITUDINE ETIAM MINERVAE ANIMUS MOVETUR = TUM IRATA PROPTER INVIDIAM MANU DISCIDIT. TANTAM INIURIAM ARACHNE NON SUSTINUIT = MULTIS CUM LACRIMIS MORTEM SIBI LAQUEO PARABAT = DEA AUTEM PUELLAM IN ARANEAE FORMAM VERTIT.

E.L.T.

59 HANNIBAL'S VICTORIES (218-217 B.C.)

INTEREA · P. CORNELIUS · SCIPIO · CUM · EXERCITUS ROMANO · POENORUM · ADVENTUM · EXSPECTABAT = INTER · EQUITES · UTRIMQUE · PROPE · TICINUM · FLUMEN PUGNATUM · EST, QUO · IN · PROELIO · ROMANI · LOCO CEDERE · COGEBANTUR, IMPERATOR · IPSE · GRAVITER VULNERATUS · EST. MOX · T. SEMPRONIUS · CUM · ALTERO EXERCITU · ADVENIT = IS, DUM · INCAUTIUS · HOSTIUM EQUITES · TRANS · TREBIAM · FLUVIUM · FUGAT, REPENTE · MAIORIBUS · COPIIS · OCCURRIT, SIMUL · AB ALIIS · QUOS · HANNIBAL · CUM · MAGONE · FRATRE · IN INSIDIIS · COLLOCAVERAT · OPPUGNATUR. ITERUM ROMANI · VINCUNTUR. PROXIMO · AUTEM · ANNO · VEL MAIOREM · CLADEM · SUSTINUERUNT. EST · PROPE · CORTONAM · VIA · ANGUSTA · INTER · MONTES ALTISSIMOS · ET · LACUM · TRASUMENUM, PER · QUAM C. FLAMINUS · NEPOS, VIR · AUDACISSIMUS, CUI · TURPE FUIT · TARDE · ET · CAUTE · REM · GERERE, EXERCITUM DUXIT. HANNIBAL · AUTEM · IAM · ANTEA PEDITES · EXPEDITOS · IN · MONTIBUS, EQUITES · AD FAUCES · SALTUS · COLLOCAVERAT; IPSE · CUM RELIQUO · EXERCITU · AD · ALTERUM · EXITUM MANEBAT. ROMANI, UBI · SALTUM · INTRAVERUNT, STATIM · UNDIQUE · OPPUGNABANTUR = TRES · HORAS ACRITER · UBIQUE, CIRCUM · CONSULEM · AUTEM ACRIUS · PUGNATUM · EST, QUEM · ARMIS · INSIGNEM HOSTES · PETEBANT, DEFENDEBANT · CIVES. TANDEM · AB · EQUITE · QUODAM · GALLICO · OCCISUS EST. RELIQUI · STATIM · FUGA · SALUTEM

→

PETERE · COEPERUNT.

GRAMMAR = INFINITIVE · ACTIVE · OF · REGULAR · VERBS & SUM

E.L.T.

(60)

THE · LABOURS · OF · HERCULES

INTER · DEOS · ANTIQUOS · NEMO · MAGIS · HODIE NOTUS · EST · QUAM · IOVIS · FILIUS · HERCULES, DE QUO · FABULAE · MULTAE · ET · MIRAE · TRADITAE · SUNT. VI · CORPORIS · ET · HOMINIBUS · ET · DEIS · OMNIBUS PRAESTABAT. PAUCOS · IAM · MENSES · NATUS, DUM IN · CUNIS · IACET, IN · MAXIMUM · PERICULUM · VENIT: NAM · IUNO, QUAE · SEMPER · EI · INIMICISSIMA · ERAT, DUOS · SERPENTES · CONTRA · EUM · MISIT = SUIS AUTEM · MANIBUS · DEUS · INFANS · FAUCES · EORUM ELIST. POSTEA, QUOD · IUNO · MENTEM · EIUS ALIENAVERAT, SUOS · IPSE · LIBEROS · OCCIDIT. MAGNO · TUM · DOLORE · ULTRO · IN · EXSILIUM DISCESSIT = MOX · AD · APOLLINIS · ORACULUM · VENIT IBIQUE · AUXILIUM · A · DEO · PETIVIT. AB · EO · IUSSUS EST · REGI · CUIDAM · EURYSTHEO · DUODECIM · ANNOS PARERE = 'TUM · DENIQUE', INQUIT · DEUS, 'IMMORTALIS ERIS'. AB · HOC · REGE · IUNONIS · IUSSU · COACTUS EST · HERCULES · DUODECIM · LABORES · PERAGERE.

E.L.T.

(61) CANNAE (216 B.C.)

MAXIMAM · AUTEM · OMNIUM · CLADEM · IN · ILLO BELLO · PROPE · CANNAS · ROMANI · SUSTINUERUNT, QUOD · OPPIDUM · HANNIBAL · CUM · COPIIS · OCCUPAVERAT. HOSTIUM · EQUITES · NOSTROS · PRIMUM · DEXTRO · CORNU MOX · SINISTRO · CORNU · VICERUNT = INTEREA · ROMANI · MEDIAM · ACIEM · POENORUM · REPELLEBANT = TUM · REPENTE · AB · UTROQUE · LATERE · PEDITES, A TERGO · EQUITES · OPPUGNAVERUNT. ROMANORUM NON · AMPLIUS · DECEM · MILIA · SUPERFUERUNT.

'SI · IAM · AD · URBEM, HANNIBAL, ME · CUM · EQUITIBUS · MISERIS,' CLAMAVIT · MAHARBAL, DUX · EQUITUM · POENORUM, 'QUINTO · DIE · IN · CAPITOLIO · CENABIS'. ILLE · AUTEM · VIRI · SAPIENTIS · CONSILIUM · NEGLEXIT = CAPUAM · EXERCITUM · DUXIT, UBI · MILITES · MULTOS · DIES · VOLUPTATI · SE TRADIDERUNT. HAC · MORA · VIDETUR · URBS SERVATA · ESSE.

ROMAE, UBI · TRISTIS · CLADES · NUNTIATA · EST OMNIUM · ANIMI · MAXIMO · TIMORE · MOVEBANTUR = CREDEBATUR · PRIMO · TOTUS · EXERCITUS · DELETUS ESSE, TOTA · ITALIA · AB · HANNIBALIS · COPIIS TENERI. URBEM · TAMEN · CONTRA · HOSTIUM IMPETUM · MUNIEBANT, PUEROS · SERVOSQUE · AD ARMA · VOCABANT. TERENTIUS, CUIUS · PROPTER AUDACIAM · TANTAM · CLADEM · SUSTINUERANT, A SENATU · LAUDATUS · EST · QUOD · DE · REPUBLICA NON · DESPERAVERAT.

GRAMMAR = INFINITIVE · PASSIVE = REGULAR · VERBS

E.L.T.

62 THE LABOURS OF HERCULES 2 OF 8

IN VALLE QUADAM, NEMEA NOMINE, HABITABAT ILLO TEMPORE INGENS LEO QUEM MAXIME EIUS TERRAE INCOLAE TIMEBANT. HUNC HERCULES OCCIDERE ET AD REGEM PORTARE IUSSUS EST. DIU FRUSTRA CUM MONSTRO CLAVA ET SAGITTIS PUGNABAT = TANDEM FAUCES EIUS SUIS MANIBUS ELISIT. TUM MORTUUM LEONEM IN HUMERIS AD REGIAM REPORTAVIT. QUEM UBI VIDIT REX IPSE DICITUR VIRI FORTISSIMI VIRIBUS TERRITUS ESSE HERCULEMQUE IUSSISSE EXINDE EXTRA OPPIDI MUROS VICTORIAS NUNTIARE. POSTEA TAURUM INGENTEM, QUI CRETAE AGROS VASTABAT, OCCIDERE IUSSUS EST. HOC QUOQUE OPUS DICITUR PEREGISSE VIVUMQUE ANIMAL IN HUMERIS DOMUM REPORTAVISSE, MOX LIBERAVISSE.

E.L.T. (63)

ROME'S · RECOVERY (215 - 207 · B.C.)

PROXIMO · ANNO · CONSUL · CREATUS · EST · Q. FABIUS MAXIMUS · QUI · DICTATOR · ANTEA · TARDE · ET · CAUTE REM · GESSERAT · PROELIUMQUE · CUM · HOSTIBUS QUAM · MAXIME · VITAVERAT, QUAM · OB · REM CUNCTATOR · VOCABATUR. EIUSMODI · TAMEN CONSILIA · MAIORI · PARTI · CIVIUM · MINIME · PLACEBANT ITAQUE · PER · M. TERENTII · VARRONIS · AUDACIAM CLADEMQUE · QUAM · EXERCITUS · CANNIS · SUSTINUIT TOTA · CIVITAS · PROPE · DELETA · ERAT. EXINDE AUTEM · SPEM · OMNEM · SALUTIS · IN · Q. FABIO POSUERUNT. SAEPISSIME · PUGNABATUR, NUMQUAM TAMEN · CUM · TOTIS · COPIIS · HOSTIUM = HANNIBAL, QUOD · MULTARUM · URBIUM · CIVES · A · ROMANIS DESCIVERANT · ET · POENIS · SE · TRADIDERANT · HAS OMNES · DEFENDERE · COPIASQUE · IN · PLURIMAS · PARTES DIVIDERE · COGEBATUR. TANDEM · FRATER · EIUS, HASDRUBAL, QUI · CUM · ALTERO · EXERCITU · IN · ITALIAM VENERAT, AD · METAURUM · FLUMEN · VICTUS · EST = DIU · ILLE · SUOS · PUGNANTES · EXEMPLO · CONFIRMAT, LOCO · CEDENTES · IN · PROELIUM · REVOCAT, TANDEM FORTISSIME · PUGNANS · CECIDIT.

GRAMMAR = ACTIVE · PARTICIPLES · OF · REGULAR · VERBS

(64) THE · LABOURS · OF · HERCULES

ERAT · OLIM · MONSTRUM · HORRENDUM, HYDRA · NOMINE,
QUOD · IN · PALUDE · PROPE · LACUM · LERNAEUM
HABITABAT · AGROSQUE · FINITIMOS · VASTABAT.
HUIC · NOVEM · ERANT · CAPITA · QUORUM · MEDIUM
IMMORTALE · FUIT. HERCULES, QUI · AB ·
EURYSTHEO · MONSTRUM · OCCIDERE · IUSSUS · ERAT,
INGENTI · CLAVA · OPPUGNAVIT = QUOTIENS · AUTEM
UNUM · CAPUT · ABSCIDERAT, STATIM · DUO · CAPITA
EODEM · LOCO · CRESCEBANT = ETIAM · PUGNANTI
INGENS · SUBVENIT · CANCER, A · QUO · HERCULES
VULNERATUS · EST. ERAT · AUTEM · HERCULI
MINISTER · QUIDAM · FIDUS, IOLAUS · NOMINE, CUIUS
AUXILIO · RELIQUA · CAPITA · INCENDIT, MEDIUM · ILLUD,
QUOD · IMMORTALE · ESSE · DICEBATUR, SUB · MAGNO
SAXO · SEPELIVIT. TUM · SANGUINE · EIUS · SAGITTAS
CRUENTAVIT, CUIUS · VENENO · OMNES · POSTEA, QUI
HERCULIS · SAGITTIS · VULNERATI · ERANT, NECABANTUR.

E.L.T.

65

ZAMA 202 B.C.

EXINDE · BELLUM · IN · AFRICA · GEREBATUR, QUO HANNIBAL · A · CIVIBUS · SUIS · EX · ITALIA · REVOCATUS EST. IBI · A · SCIPIONE · PROPE · ZAMAM · VICTUS · EST = POENI · ROMANIS · HISPANIAM · COLONIASQUE · OMNES QUAS · EXTRA · AFRICAM · POSSIDEBANT · CUM · NAVIBUS LONGIS · PRAETER · DECEM · TRADERE, DECEM · MILIA TALENTUM · QUINQUAGINTA · ANNIS · PERSOLVERE COACTI · SUNT. HANNIBAL · TAMEN, NON · MINUS QUAM · ANTEA · ODIO · ROMANORUM · MOTUS, BELLUM REDINTEGRARE · SUMMIS · VIRIBUS · PARABAT = AB INIMICIS · TAMEN · CARTHAGINE · EXCEDERE · COACTUS AD · ANTIOCHUM, SYRIAE · REGEM, QUI · TUM · BELLUM CUM · ROMANIS · GESTURUS · ERAT, DISCESSIT. POSTEA APUD · BITHYNIAE · REGEM · MULTOS · ANNOS · EXSULABAT = TUM, QUOD · REX · A · ROMANIS · EUM · TRADERE · IUSSUS ERAT, VENENUM, QUOD · IN · ANULO · SEMPER · PORTARE SOLEBAT, SUMPSIT · VITAQUE, SEXAGINTA · IAM · ANNOS NATUS, EXCESSIT.

GRAMMAR = PASSIVE · PARTICIPLES · OF · REGULAR · VERBS

(66) THE · LABOURS · OF · HERCULES

NYMPHA · QUAEDAM · DIANAE, QUOD · ILLIUS · AUXILIO · E MAGNO · PERICULO · SERVATA · ERAT, CERVUM, QUI AUREA · CORNUA · PEDESQUE · AENEOS · HABEBAT, DEDICAVERAT. HUNC · HERCULES · VIVUM · MYCENAS PORTARE · IUSSUS · PER · TOTUM · ANNUM · FRUSTRA PETEBAT : TANDEM · SAGITTA · VULNERATUM · IN HUMERIS · PORTANTI · REPENTE · OCCURRIT · DIANA · QUAE MAGNA · EST · IRA · PERMOTA · QUOD · ANIMAL · IPSI · SACRUM ILLE · VULNERAVERAT. HERCULES · TAMEN · DEAE IRAM · PERMULSIT · PRAEDAMQUE · MYCENAS AVEXIT.

ERANT · PROPE · LACUM · STYMPHALUM · MIRAE · QUAEDAM AVES · QUAE · ALAS · ET · ROSTRA · AENEA · HABEBANT CARNEMQUE · HUMANAM · VORABANT. HAS · QUOQUE EXPELLERE · IUSSUS · PRIMUM · SISTRO, QUOD · EI · MINERVA DEDERAT, TERRUIT, TUM · PER · AERA · VOLANTES SAGITTIS · OCCIDIT. QUA · TAMEN · DE · RE · NON EADEM · AB · OMNIBUS · NARRANTUR : NAM, UT · ALII · TRADERUNT, AVES · AD · INSULAM · QUANDAM PEPULIT, UBI · POSTEA · AB · ARGONAUTIS · INVENTAE SUNT.

E.L.T

(67) ROME · AND · GREECE (200 - 146 B.C.)

VIX · IAM · ROMANI · POENOS · SUPERAVERANT, UBI MACEDONIIS · BELLUM · INDIXERUNT. HUIUS · GENTIS REX · PHILIPPUS · IN · THESSALIA · PROPE · COLLES · QUI CYNOSCEPHALAE · VOCABANTUR · CASTRA · POSUERAT = IBI · GAUDIO · PERMOTUS, CUM · PARVAM · MANUM · ROMANORUM · FUGAVISSET, CONTRA · TOTUM · EXERCITUM PROCESSIT. TUM · A · FLAMININO, QUI · NOSTRIS PRAEERAT, VICTUS · TERRAS · OMNES · QUAS · EXTRA MACEDONIAM · REGEBAT · TRADERE · COACTUS · EST. NEC · MULTO · POSTEA · ANTIOCHUS, QUI · SOCIUS FUERAT · PHILIPPI · NEC · TAMEN · IN · BELLO · EI · SUBVENERAT, CUM · AUXILIUM · AB · EO · PLURIMAE · IN GRAECIA · CIVITATES · IMPLORAVISSENT, ARMA · CONTRA ROMANOS · SUMPSIT. IS · QUOQUE, PRIMUM THERMOPYLIS, MOX · MAGNESIAE · SUPERATUS · MAGNUM NUMERUM · NAVIUM · LONGARUM · TRADERE · DECEMQUE MILIA · TALENTUM · PERSOLVERE · COGITUR. VIGINTI POST · ANNIS · ITERUM · CUM · MACEDONIIS PUGNATUM · EST = QUO · IN · BELLO · L. AEMILIUS · PAULUS A · REGE · PERSEO · MAGNAM · VICTORIAM · REPORTAVIT. TANDEM · OMNIS · GRAECIA · IN · ROMANORUM POTESTATEM · VENIT.

GRAMMAR = SUBJUNCTIVE · ACTIVE · OF · REGULAR · VERBS

THE · LABOURS · OF · HERCULES

INGENS · OLIM · APER · A · MONTE · ERYMANTHO · IN CAMPOS · DESCENDERAT. HUNC, CUM · AGROS UBIQUE · VASTARET, VIVUM · AD · REGEM · PORTARE IUSSUS · HERCULES · PER · ALTAM · NIVEM · DIU · PETEBAT: TUM · LABORE · FESSUM · RETE · IMPEDIVIT · MYCENASQUE AVEXIT. APRUM · DUM · PETIT, CENTAURO · PHOLO OCCURRIT, CUI · BACCHUS · OLIM · CADUM · OPTIMI · VINI DEDERAT. HUNC · CADUM · HERCULES · APERUIT : TUM RELIQUI · CENTAURI, VINI · ODORE · DULCISSIMO · DUCTI, SPELUNCAM · IN · QUA · PHOLUS · HABITABAT · OBSEDERUNT: AB · HERCULE · PULSI · CHIRONIS · DOMUM · FUGA PETIVERUNT. QUOS · ILLE · CUM · FUGARET · INCAUTE AMICUM · SUUM · CHIRONEM · SAGITTA · VENENATA VULNERAVIT = PHOLUS · QUOQUE · SAGITTA, QUAE · IN PEDEM · EIUS · FORTE · CECIDERAT, VULNERATUS EST.

CHIRON, CUM · IMMORTALIS · ESSET, SAGITTA · NON NECATUS · ERAT = ULTRO · TAMEN · VITA · EXCESSIT.

E.L.T.

(69) THE · END · OF · CARTHAGE (146 B.C.)

EODEM · ANNO, QUO · OMNIS · GRAECIA · IN · POTESTATEM ROMANORUM · VENIT, CARTHAGO · QUOQUE · DELETA EST. POENI, CUM · IAM · PER · MERCATURAM DIVITIAS · AUGERENT · ET · EX · CLADE · ILLA · QUAM SUSTINUERANT · SE · COLLIGERE · COEPISSENT, ROMANORUM · INVIDIAM · MOVERUNT. QUI · SAEPISSIME A · M. PORCIO · CATONE · MONITI · TANDEM · BELLUM INDIXERUNT. POENI · STATIM · ULTRO · SE · SUAQUE OMNIA · ROMANIS · TRADIDERUNT = PRIMUM · OBSIDES, MOX · ARMA · ET · NAVES · POSTULANTIBUS · LIBENTUR DEDERUNT. CUM · AUTEM · VICTOR · SUPERBUS URBEM · DELERE · IUSSISSET · TRIGINTA · DIERUM INDUTIAS · PETIERUNT · SUMMISQUE · VIRIBUS · BELLUM PARABANT. MAXIMA · EST · PERTINACIA · UTRIMQUE PUGNATUM. TANDEM · POENI · MAGNA · CLADE SUPERATI, URBS · IPSA · OMNINO · DELETA · EST. SIC · URBS · ROMA, CUM · RELIQUAS · ITALIAE · GENTES, MOX · POPULOS · FINITIMOS · BELLO · SUPERAVISSET, IN · MAGNUM · IAM · IMPERIUM · CREVERAT.

GRAMMAR = SUBJUNCTIVE · ACTIVE · OF · REGULAR · VERBS

(70) THE · LABOURS · OF · HERCULES

REX · QUIDAM, DIOMEDES · NOMINE, EQUAS · SUAS · CARNE HUMANA · PASCEBAT. HAS · MYCENAS · PORTARE IUSSUS · HERCULES · CUM · PAUCIS · COMITIBUS · AD ORAM · DUXIT. QUO · CUM · CIVES · REGIS VENISSENT, DIU · ET · ACRITER · PUGNATUM · EST. EQUAS, DUM · PROELIO · INTEREST, HERCULES · AMICO SUO · ABDERO · MANDAT, QUEM · ILLAE · STATIM · VORANT. HERCULES, CUM · HOSTES · VICISSET, REGEM · OCCIDIT CORPUSQUE · EQUIS · IACTAVIT = TUM · URBEM · IN · EO LOCO · CONDIDIT, QUAM · URBEM · ABDERA · VOCAVIT. EQUAS, QUAE · CUM · DOMINI · CARNEM · EDISSENT MANSUEVERANT, MYCENAS · AVEXIT = MOX · LIBERATAE ET · IPSAE · A · FERIS · IN · MONTE · OLYMPO · VORABANTUR. POSTEA · AMAZONUM · REGINAE · ZONAM, QUAM · EI MARS · DEDERAT, PETERE · IUSSUS, CUM · MULTA PERICULA · SUPERAVISSET, REGINAM · IPSAM · OCCIDIT ZONAMQUE · REPORTAVIT.

E.L.T

71 ROME · AFTER · THE · GREAT · WARS

AMPLIUS · CENTUM · IAM · ANNOS · ROMANI · BELLA · PROPE PERPETUA · CUM · EXTERNIS · POPULIS · GEREBANT = DOMI · INTEREA · SENATUS · AUCTORITAS, PAUPERUM INOPIA · ADEO · CREVERANT · UT · MAXIMA · ESSET · IN CIVITATE · DISSENSIO = MEDII · INTER · HOS · EQUITES MAGNAS · DIVITIAS · PER · MERCATURAM · SIBI COMPARAVERANT. PLEBEII · QUIDEM · IURA · PARIA CUM · PATRICIIS · HABEBANT = MAGISTRATUS · AUTEM SEMPER · EX · EISDEM · FERE · GENTIBUS, QUAE · NOBILES VOCABANTUR, CREATI · SUNT. CUM · AGRI · UBIQUE BELLO · VASTATI · ESSENT, PER · TOTAM · ITALIAM · MAXIMA OMNIUM · RERUM · INOPIA · FUIT = MERCATORES · QUOQUE FRUMENTUM · EX · SICILIA · ET · AFRICA · IMPORTATUM TAM · PARVO · IN · ITALIA · VENDEBANT · UT · NON · IAM AGRICOLIS · PRODESSET · PARVOS · FUNDOS · COLERE. AGER · PUBLICUS · A · PAUCIS · ET · DIVITIBUS · POSSIDEBATUR IN · QUO · SERVI · DOMINORUM · PECORA · CUSTODIEBANT.

NEAT · HAND · WRITING · IS · BETTER · THAN · SPEED

GRAMMAR = SUBJUNCTIVE · PASSIVE · OF · REGULAR · VERBS

(72) THE · LABOURS · OF · HERCULES

OLIM · IN · INSULA · QUADAM, QUAE · PROPE · HISPANIAM ESSE · CREDEBATUR, HABITABAT · MONSTRUM HORRENDUM, GERYON · NOMINE, QUI · TRIA · CORPORA HABEBAT = HUIUS · PECORA · GIGAS · ET · CANIS, CUI DUO · ERANT · CAPITA, CUSTODIEBANT. HAEC · CUM REPORTARE · IUSSUS · ESSET · HERCULES · PER · MULTAS TERRAS · ERRABAT, TANDEM · AD · LIBYAM · VENIT, UBI HERCULIS · COLUMNAS · POSUIT; QUO · IN · ITINERE, CUM MAGNOPERE · SOLIS · ARDORE · VEXARETUR, SAGITTAM IN · IPSUM · SOLEM · EMISIT. QUA · AUDACIA · ADEO · DEO · PLACUIT · UT · AUREAM · EI · LINTREM · DARET, IN · QUA · AD · ILLAM · INSULAM · NAVIGAVIT. IBI · ET · GIGANTA · ET · CANEM · UNA · CUM · IPSO · DOMINO OCCIDIT, TUM · PRAEDAM · AVEXIT = AUREAM · AUTEM LINTREM · SOLI · REDDIDIT. PECORA, CUM · PLURIMA PERICULA · SUPERAVISSET, TANDEM · REPORTAVIT · AD · REGEM, A · QUO · IUNONI · IMMOLATA · SUNT.

E.L.T

(73) THE · GRACCHI (133-121 B.C.)

TI. SEMPRONIUS · GRACCHUS, PAUPERUM · MISERICORDIA PERMOTUS, LEGEM · ROGAVIT · UT · AGER · PUBLICUS ITA · INTER · CIVES · DIVIDERETUR, UT · ANTEA · A · SEXTIO ET · LICINIO · CONSTITUTUM · ERAT. LEGI RESISTEBANT · SENATORES, INTERCESSIT · M. OCTAVIUS TRIBUNUS · PLEBIS. TUM · ILLE · POPULI · SUFFRAGIO CONFIRMATUS · OCTAVIUM · TRIBUNATUM · DEPONERE IUSSIT · ET · PROXIMO · ANNO · CONTRA · LEGES · ITERUM IPSE · TRIBUNATUM · PETIIT. TUM · SENATORES · CUM TURBA · CIVIUM · IRATORUM · EUM · IN · FORO OPPUGNATUM · OCCIDERUNT.

DECEM · POST · ANNIS · FRATER · EIUS · C. SEMPRONIUS GRACCHUS · MULTAS · LEGES · ROGAVIT, UT · PAUPERIBUS LICERET · FRUMENTUM · PARVO · EMERE, IUDICES · NON IAM · E · SENATORIBUS · SED · EX · EQUITIBUS · DELIGERENTUR; POSTEA · UT · IUS · SUFFRAGII · LATINIS · DARETUR. HAC AUTEM · LEGE · CUM · OMNIBUS · DISPLICUISSET, IS QUOQUE · A · SUIS · IPSE · CIVIBUS · OCCISUS · EST.

GRAMMAR = SUBJUNCTIVE · PASSIVE · OF · REGULAR · VERBS

(74) THE · LABOURS · OF · HERCULES

IN · HORTO · QUODAM · HAUD · PROCUL · A · MONTE ATLANTE · TRES · ERANT · SORORES · PULCHERRIMAE, HESPERIDES · NOMINE = HAE · UNA · CUM · INGENTI DRACONE · AUREA · ILLA · POMA · CUSTODIEBANT · QUAE IUNONI, CUM · A · IOVE · IN · MATRIMONIUM · DUCERETUR, A · TERRA · DATA · ERANT. HAEC · POMA · PETERE IUSSUS · HERCULES, CUM · SITUM · HORTI · IGNORARET, PER · MULTAS · TERRAS · DIU · FRUSTRA · ERRABAT. MONITUS · AUTEM · A · PROMETHEO · ATLANTEM, QUI HUMERIS · CAELI · ONUS · SUSTINEBAT, MISIT · UT POMA · INVENIRET = IPSE · INTEREA · ONUS · SUSTINET. TUM · AD · REGEM · REPORTAVIT · POMA · QUAE · POSTEA, CUM · SIBI · AB · ILLO · DATA · ESSENT, MINERVAE DEDICAVIT = HAEC · AUTEM · IN · EUNDEM · HORTUM RESTITUIT. ULTIMUS · LABORUM · ETIAM · OMNIUM DIFFICILLIMUS · FUIT = NAM · A · REGE · IUSSUS · EST CERBERUM · CANEM · A · MANIBUS · AD · TERRAM · SUIS IPSIUS · VIRIBUS, SINE · ARMIS · REPORTARE. HOC MONSTRUM, QUOD · TRIA · CAPITA · HABEBAT, VI SUPERATUM · AVEXIT, REGI · OSTENDIT, TUM · AD MANES · REDUXIT.

IUGURTHA (116 - 105 B.C.)

MICIPSA, REX · NUMIDIAE, POPULI · ROMANI · SOCIUS REGNUM · INTER · DUOS · FILIOS, HIEMPSALEM ADHERBALEMQUE, ET · FRATRIS · FILIUM · IUGURTHAM DIVISERAT. IUGURTHA · HIEMPSALEM · OCCIDIT, BELLO SUPERAVIT · ADHERBALEM, QUI · A · ROMANIS · AUXILIUM PETIVIT. HI · REGNUM · PER · LEGATOS · INTER · DUOS DIVISERUNT = IUGURTHA · AUTEM, QUAMQUAM · LEGATORUM ANIMOS · MAGNIS · PECUNIIS · ADEO · SIBI · CONCILIAVERAT UT · MELIOR · PARS · REGNI · EI · DARETUR, ITERUM ADHERBALEM · OPPUGNAVIT · BELLOQUE · VICTUM OCCIDIT. TUM · DENIQUE · BELLUM · EI · ROMANI INDIXERUNT = IS · AUTEM · EISDEM · ARTIBUS · USUS · PACEM PECUNIA · EMIT. POSTEA · OB · EAM · REM · IN · URBEM ARCESSITUS, CUM · CONSOBRINUM · SUUM · MASSIVAM · IBI OCCIDISSET, TANTAM · INTER · OMNES · IRAM · MOVIT · UT EX · ITALIA · EXCEDERE · IUBERETER. BELLUM · TUM REDINTEGRATUM · EST; QUO · IN · BELLO · IUGURTHA AULUM · CONSULEM · SUPERAVIT, EXERCITUS · PARTEM TRUCIDAVIT, PARTEM · SUB · IUGUM · MISIT. POSTEA A · Q. METELLO · QUEM · PECUNIA · SIBI · CONCILIARE FRUSTRA · CONATUS · EST, IDENTIDEM · SUPERABATUR = TANDEM · A · C. MARIO · VICTUS · ET · IN · URBEM · DUCTUS DIU · IN · CARCERE · TENEBATUR · IBIQUE · FAME NECATUS · EST.

GRAMMAR = THE · VERB · UTOR I = J

E.L.T.

(76) THE · STORY · OF · CADMUS

CADMUS, A · PATRE · IUSSUS · SOROREM · AMISSAM DOMUM · REPORTARE, CUM · DIU · FRUSTRA · PETIVISSET, AB · ORACULO · SIC · MONITUS · EST = 'VACCAM · QUAM MOX · VIDEBIS · SEQUERE = HAEC · UBI · FESSA · HUMI DECUMBET, OPPIDUM · IN · EO · LOCO · CONDE'. VACCAM HAUD · MULTO · POSTEA · INVENTAM · SECUTUS · UBI DECUBUERAT · IBI · CONDIDIT · CADMEAM · QUAE · POSTEA URBIS · THEBARUM · ARX · FUIT. HANC · VACCAM · CUM MINERVAE · IMMOLATURUS · ESSET, QUOSDAM · MISIT UT · AQUAM · PETERENT = AQUAM · AUTEM CUSTODIEBAT · DRACO · QUI · HOMINES · A · CADMO · MISSOS OCCIDIT. TUM · ILLE · DRACONEM · OCCIDIT · ET · A · MINERVA · MONITUS · DENTES · MONSTRI · IN · TERRA · SEVIT = EX · EO · LOCO · SURREXERUNT · VIRI · ARMATI · QUI · STATIM · INTER · SE · PUGNANTES · CECIDERUNT = SUPERERANT · QUINQUE · A · QUIBUS · THEBANI · ORIGINEM · DUXERUNT. CADMUS · POSTEA · IN · SERPENTEM · VERSUS · A · IOVE · AD · ELYSIUM · MISSUS EST.

E.L.T.

(77) MARIUS (157-86 B.C.)

C. MARIUS, HOMO · OBSCURO · LOCO · NATUS, IN · BELLO CONTRA · IUGURTHAM · GESTO · MAGNAM · SIBI · FAMAM COMPARAVIT. MOX · CONSUL · CREATUS · TEUTONOS, QUI · ARMA · CONTRA · ROMANOS · SUMPSERANT, PROPE AQUAS · SEXTIAS · VICIT. DOMI · POPULARIUM · CAUSAM · CONTRA · SENATUM · DEFENDIT, QUORUM SUFFRAGIIS · EXERCITUI, QUEM · TUM · L. CORNELIUS SULLA · CONTRA · MITHRIDATEM, PONTI · REGEM, DUCEBAT, PRAEFECTUS · EST. QUOD · CUM · AUDIVISSET · SULLA · CUM · EXERCITU · ROMAM · CONTENDIT = MARIUS · FUGERE · COACTUS · DIU · IN SUMMA · INOPIA · EXSULABAT. POSTEA · CUM · CINNA, DUX · POPULARIUM, ROMA · PULSUS · EXERCITUM · IN · ITALIA · COLLIGERET, CUM · EO · ROMAM · REVERTIT, MOX · VICTOR · INTRAVIT. MAXIMA · TUM · CAEDES · SECUTA · EST = OMNES · QUOS · MARIUS · NON · SALUTAVERAT · A · MILITIBUS · EIUS · TRUCIDABANTUR. PROXIMO · ANNO · MORBO · MORTUUS · EST.

GRAMMAR = VERBS · IN "-IO" · 3RD · CONJUGATION

(78) ULYSSES · AND · THE · CYCLOPS

ERANT · OLIM · IN · SICILIA · GIGANTES · QUIDAM · QUI CYCLOPES · VOCABANTUR, E · QUIBUS · UNUS · POLYPHEMUS · NOMINE, IN · MAGNA · SPELUNCA · CUM OVIBUS · SUIS · HABITABAT. EO · ULIXES · CUM COMITIBUS · VENIT = POLYPHEMUS · TUM · FORTE · OVES IN · MONTE · PASCEBAT. QUI · CUM · DOMUM · REVERTISSET OVES · IN · SPELUNCAM · DUXIT · MAGNUMQUE · SAXUM AD · OS · SPELUNCAE · POSUIT. ULIXEM · CUM · VIDISSET, MULTA · ROGAVIT = RESPONDIT · ILLE, 'GRAECI · SUMUS, QUI · TRANS · MARE · AD · HANC INSULAM · NAVIGAVIMUS = SI · DEOS · TIMES, NOS ADIUVA = NAM · DI · EOS · QUI · ADVENAS · AUXILIUM PETENTES · NEGLEGUNT · MAXIMIS · SUPPLICIIS PUNIRE · SOLENT'. 'DEOS,' RESPONDIT · POLYPHEMUS, 'CYCLOPES · NON · TIMEMUS = IPSI · ENIM · FORTIORES · EIS · SUMUS'. TUM · DUOS · E · COMITIBUS · ULIXIS MANU · CORRIPUIT = QUORUM · CUM · CAPITA · SAXO ELISISSET · MEMBRA · DILANIATA · VORAVIT.

E.L.T.

(79) SULLA (138-78 B.C.)

INTEREA · SULLA, CUM · MITHRIDATEM · VICISSET, AD ITALIAM · COPIAS · REDUCERE · VOLUIT. ITAQUE, CUM · MARIUS · MORTUUS · ESSET · ET · CINNA · A · MILITIBUS · ESSET · OCCISUS, EX · ASIA · PROFECTUS BRUNDUSIUM · NAVIGAVIT. EI · SE · ADIUNXERUNT VIRI · POSTEA · IN · CIVITATE · NOTISSIMI · CN. POMPEIUS ET · M. CRASSUS, QUORUM · AUXILIO · POPULARIUM EXERCITUM · SUPERAVIT. TUM · SAMNITES, QUI URBEM · CUM · INGENTIBUS · COPIIS · CONTENDEBANT, MAGNA · CUM · CAEDE · VICIT. POSTEA · DICTATOR CREATUS (QUO · USUS · IMPERIO · VELUT · REGIAM POTENTIAM · EXERCEBAT) PRIMUM · INIMICOS · SUOS TRUCIDAVIT, QUOAD · POTUIT, TUM · PER · PLURIMAS LEGES · SENATUS · AUCTORITATEM · CONFIRMAVIT. NAM · TRIBUNORUM · POTESTEM · MINUEBAT, SENATORIBUS · EA · IURA, QUAE · GRACCHUS · EQUITIBUS DEDERAT, REDDIDIT. TUM · IMPERIUM · DEPOSUIT, MOX · PUTEOLOS · SE · RECEPIT, UBI · DUOBUS · POST ANNIS · MORTUUS · EST.

SECTION (XL) = L=50 " = LX=60 = XL = 10 · FROM 50
GRAMMAR = VERBS · "POSSUM & VOLO"

(80) ULYSSES · AND · THE · CYCLOPS 2 OF 4

HOC · ULIXES · MULTO · DOLORE · SPECTABAT = VOLUIT ILLE · QUIDEM · POLYPHEMUM · OCCIDERE · SED · IPSE INFIRMIOR · ERAT · NEC · MAGNUM · ILLUD · SAXUM · AD OS · SPELUNCAE · POSITUM · MOVERE · POTUIT.

POSTRIDIE · CYCLOPS, CUM · DUOS · E · COMITIBUS · ULIXIS EDISSET, CUM · OVIBUS · AD · MONTEM · DISCESSIT; ANTEA · AUTEM · SAXUM · IN · EODEM · LOCO · POSUIT.

INTEREA · ULIXES · INGENTEM · STIPITEM, QUEM CYCLOPS · IN · SPELUNCA · RELIQUERAT, IN · IGNEM POSUIT = MOX · CUM · GIGAS · REVERTISSET · ITERUMQUE · DUOS · EDISSET, ULIXES · VINUM · ILLI DULCISSIMUM · DAT · QUOD · E · NAVE · IN · SACCO · PORTAVERAT. IS · MAGNO · GAUDIO · BIBIT; TUM PLUS · VINI · POSTULAVIT · IUSSITQUE · ULIXEM · NOMEN SIBI · DICERE. RESPONDIT 'NEMO · VOCOR'. TUM ILLE, 'NEMINEM,' INQUIT, 'ULTIMUM · OMNIUM · EDAM; HOC · TIBI · MUNUS · PRO · VINO · DABO'. · TUM · HUMI · CECIDIT · DORMIEBATQUE.

E.L.T.

(81) POMPEY · AND · CRASSUS · CONSULS (70 B.C.)

IUCUNDISSIMA · ERANT · ROMANIS · SPECTACULA · IN QUIBUS · SERVI · QUIDAM, QUI · GLADIATORES · VOCABANTUR IN · LUDIS · A · MAGISTRIS · DOCTI, INTER · SE · PUGNABANT. SI · PUGNARE · NOLEBANT, VIRGIS · COGEBANTUR = PLURIMI TAMEN · MORI · QUAM · IGNAVI · HABERI · MALEBANT. HORUM · IAM · MAGNA · MULTITUDO, A · SPARTACO · QUODAM DUCTA, ARMA · CONTRA · REMPUBLICAM · SUMPSERAT LEGIONESQUE · ROMANAS · SUPERAVERAT = CUM · AUTEM SPARTACUS · AD · DISCIPLINAM · EOS · INSTITUERE · NON POSSET, POSTEA · A · M. CRASSO · VICTI · SUNT.

IN · ILLO · BELLO · M. CRASSO · SUBVENIT · CN. POMPEIUS, QUI · NUPER · EX · HISPANIA · REVERTERAT, UBI · BELLUM · A · SERTORIO, POPULARIUM · DUCE, GESTUM · CONFECERAT. AD · ID · TEMPUS · CN. POMPEIUS · CAUSAM · SENATUS · DEFENDERAT = MOX · CUM · MAGNOPERE · VELLET · EXERCITUI, QUEM · LUCULLUS · CONTRA · MITHRIDATEM DUCEBAT, PRAEFICI, SENATUS · AUTEM · LUCULLUM · REVOCARE · NOLLET, POPULARIBUS · SE · ADIUNXIT, QUORUM · SUFFRAGIIS · CUM · M. CRASSO · CONSUL · CREATUS · EST.

GRAMMAR - THE · VERBS - NOLO & MALO

(82) ULYSSES · AND · THE · CYCLOPS 3 OF 4

TUM · DORMIENTIS · GIGANTIS · IN · OCULUM, QUEM UNUM · HABEBAT · IN · MEDIA · FRONTE · POSITUM, ARDENTEM · STIPITEM · IMMITTIT. MAGNO · ILLE · CUM CLAMORE · SURGIT · ET · A · RELIQUIS · CYCLOPIBUS · AUXILIUM IMPLORAT = QUIBUS · INTERROGANTIBUS · RESPONDIT 'NEMO ME · FRAUDE · OCCIDIT'. ILLI · AUTEM 'SI · NEMO · TE · OCCIDIT,' CLAMAVERUNT 'NOLI · NOS · CLAMORIBUS PERTURBARE'. TUM · POLYPHEMUS, CUM · SAXUM · E LOCO · MOVISSET, AD · EXITUM · SPELUNCAE · SEDIT MANUSQUE · TETENDIT · UT · ULIXEM · COMITESQUE EGREDIENTES · CORRIPERET. IS · AUTEM · SINGULOS COMITES · OVI, HANC · OVEM · MEDIAM · INTER · DUAS ALIAS, TANDEM · SE · IPSUM · ARIETIS · INGENTIS · AD · VENTREM · DELIGAVIT. OVIUM · EGREDIENTIUM · TERGA · POLYPHEMUS · MANU · PERMULSIT, CUM · AUTEM PROXIMAM · SIBI · SOLAM · PERMULCERET · HOMINES · NON TETIGIT; ARIETIS · QUOQUE · TERGUM · SOLUM, NON VENTREM, MANU · PERMULSIT; ULIXES · AUTEM INCOLUMIS · SUB · VENTRE · EIUS · LATEBAT.

E.L.T.

(83) POMPEY · IN · THE · EAST (67-61 B.C.)

CONSULES · CREATI · POMPEIUS · ET · CRASSUS · TRIBUNIS · ANTIQUA · IURA · REDDIDERUNT, SENATUI AUCTORITATEM · A · SULLA · CONCESSAM · ABSTULERUNT. POSTEA · LEGE · AB · AULO · GABINIO · LATA · IMPERIUM POMPEIO · DATUM · EST · CONTRA · PIRATAS, QUI · TUM · ORAS UBIQUE · VASTABANT · NAVESQUE · ROMANAS · OPPUGNABANT ITA · UT · NEMO · SINE · MAGNO · PERICULO · MARE TRANSIRE · POSSET; QUAM · OB · REM · IN · URBE MAXIMA · ERAT · FRUMENTI · INOPIA. TRIBUS MENSIBUS · PIRATAS · OMNES · MARI · PEPULERAT. MOX · LEGE · A · C. MANILIO · LATA · EXERCITUI · QUI TUM · CONTRA · MITHRIDATEM · BELLUM · GEREBAT PRAEFECTUS · HOSTEM · VICIT = TUM · AD · SYRIAM · IIT URBEMQUE · HIEROSOLYMA · MAGNA · CUM · CAEDE · CEPIT. TUM · DENIQUE, CUM · MULTAM · SIBI · FAMAM · COMPARAVISSET · ET · MAGNAM · PARTEM · ASIAE · IMPERIO · ROMANO · ADIUNXISSET. ROMAM REDIIT.

GRAMMAR - THE · VERBS - FERO & EO

(84) ULYSSES AND THE CYCLOPS

E SPELUNCA INCOLUMIS EGRESSUS ULIXES PRIMUM SE IPSUM, MOX COMITES SUOS LIBERAVIT. TUM OVES AD ORAM EGERUNT NAVEMQUE CONSCENDERUNT. CUM IAM PAULUM A TERRA NAVIGAVISSENT, POLYPHEMUM VERBIS INSOLENTIBUS COMPELLAVIT; QUAM OB REM ILLE IRA PERMOTUS MONTIS VERTICEM MANU CORREPTUM CONTRA NAVEM CONIECIT = QUI, CUM HAUD PROCUL ANTE NAVEM IN MARE CECIDISSET, PROPE AD ORAM REPPULIT. ITERUM TAMEN ULIXES EUM COMPELLAT = 'EGO ULIXES SUM,' INQUIT; 'ULIXES TIBI HANC INIURIAM FECIT'. ILLE AUTEM, CUM FRUSTRA IMPLORAVISSET UT AD INSULAM REDIRET SECUMQUE CENARET, ITERUM INGENS SAXUM IN MARE CONIECIT, QUOD TAMEN POST NAVEM CECIDIT = TUM DEUM NEPTUNUM HIS VERBIS IMPLORAT = 'NE AD PATRIAM REDEAT ULIXES; SI AUTEM DIS PLACUIT UT REDEAT, SOLUS SINE COMITIBUS REDEAT!

E.L.T.

85 THE CONSPIRACY OF CATILNE (63 B.C.)

MULTA · INTEREA · ROMAE · FIEBANT, DUM · POMPEIUS CUM · MITHRIDATE · BELLUM · GERIT. ORATORUM ROMANORUM · MAXIMUS · FUIT · M. TULLIUS · CICERO = IS, CONSUL · CREATUS, EODEM · ANNO · CIVES · SUOS · SERVAVIT. NAM · L. SERGIUS · CATILINA, VIR · NOBILI · LOCO · NATUS, CUM · SIBI · PESSIMOS · CIVIUM · ADIUNXISSET, CONTRA REMPUBLICAM · CONIURAVERAT · CONSILIUMQUE CEPERAT · CONSULES · ET · BONOS · CIVES · OMNES OCCIDERE. HAEC · CICERONI · PER · LEGATOS QUOSDAM · GALLORUM, QUI · TUM · FORTE · ROMAE ERANT, NUNTIATA · SUNT. AB · EO · ACCUSATUS, CATILINA, CUM · URBE · PAUCIS · CUM · COMITIBUS EXCESSISSET, BELLUM · CONTRA · REMPUBLICAM · IN ETRURIA · PARAVIT = RELIQUI · IN · URBE · MANEBANT · CONSULISQUE · IUSSU · IN · CARCEREM · CONIECTI · SUNT. DE · QUIBUS · MULTA · IN · CURIA · DISSERUNTUR = TANDEM, CUM · ITA · SENATORIBUS · PLACUISSET, NECATI · SUNT. MOX · CATILINA, QUEM · CONTRA · EXERCITUS · MISSUS · ERAT, IN · ACIE · FORTITER · PUGNANS · CECIDIT. POSTEA · CICERO, QUOD · CIVES · ROMANOS · SINE IUDICIO · MORTE · PUNIVERAT, IN · EXSILIUM · PULSUS, PROXIMO · ANNO · REVOCATUS · EST.

GRAMMAR · THE · VERB · FIO

E.L.T.

86

SISYPHUS

SISYPHUS · REX · PER · MERCATURAM · ET · IPSE · DIVES FIEBAT · ET · CIVUM · SUORUM · DIVITIAS · MAGNOPERE AUXIT = ERAT · AUTEM · OMNIUM · HOMINUM · PESSIMUS. MULTA · DE · PERFIDIA · EIUS · AB · ANTIQUIS · NARRANTUR. AB · UXORE · SUA · PETIVERAT · NE · SE · MORTUUM SEPELIRET = MORTUUS · AUTEM · APUD · PLUTONEM ILLAM · ACCUSAVIT · QUOD · ITA · NEGLEXERAT · ET · AB EO · PETIVIT · UT · SIBI · LICERET · AD · TERRAM REDIRE. CUM · AUTEM · REDISSET, 'NON · ITERUM', INQUIT, 'AD · MANES · DESCENDAM = SIC · IMMORTALIS · FIAM'. A · MERCURIO · TAMEN · VI ABLATUS · GRAVISSIMO · EST · SUPPLICIO · PUNITUS. NAM · SAXUM · INGENS · SEMPER · AD · SUMMUM · COLLEM · PORTARE · COGEBATUR = QUOTIENS · AUTEM AD · SUMMUM · VENERAT, SAXUM · AD · IMUM · COLLEM VOLVEBATUR · ISQUE · AD · SUMMUM · ITERUM · PORTARE · COACTUS · EST.

E.L.T.

(87) CAESAR (BORN 100 B.C.)

C. IULIUS · CAESAR, VIR · NOBILI · LOCO · NATUS, CUIUS · PATRIS · SOROR · MARII · UXOR · FUERAT, PER TOTAM · VITAM · POPULARIUM · CAUSAM · CONTRA · SENATUM DEFENDIT = IPSE · CORNELIAM, CINNAE · FILIAM, IN MATRIMONIUM · DUXERAT, IUSSUSQUE · A · SULLA · UXORI NUNTIUM · MITTERE · PARERE · NOLUIT = QUAM · OB REM · URBE · EGRESSUS · AD · ASIAM · SE · RECEPIT. POSTEA, CUM · ROMAM · REDISSET, CAUSAM · EORUM, QUI · CUM · CATILINA · CONIURAVERANT, CONTRA CICERONEM · IN · CURIA · DEFENDIT. 'MULTA,' INQUIT, 'DE · SCELERIBUS · HORUM · CICERO · DIXIT; SED QUO · CONSILIO · EA · DIXIT? NONNE · OMNIBUS · HAEC SCELERA · NOTA · SUNT? MORTE · HOS · PUNIRE · VULT. CUR · NON · ETIAM · VERBERARE · VOS · IUBET? NUM GRAVIUS · EST · VERBERARI · QUAM · NECARI? ID · AUTEM · IUBERE · NONVULT, QUOD · EI · VIDETUR · INDIGNUM · ESSE · VOBIS · EIUSMODI · SUPPLICIO · HOMINES · PUNIRE. MIHI · AUTEM · VIDETUR VOBIS · INDIGNUM · ESSE · HOS · SINE · IUDICIO · NECARE'. HIS · VERBIS · OMNIUM · ANIMOS · MAGNOPERE · PERMOVIT; CUM · TAMEN · ETIAM · MAGIS · PERMOVERET · ORATIO · CATONIS, QUI · POST · CAESAREM VERBA · FECIT, CICERONIS · CONSILIUM · SEQUEBANTUR.

- KENNEDY'S · LATIN · PRIMER
- CASSELL'S · LATIN · DICTIONARY · D. P. SIMPSON
- THIS · BOOK = (1989 DUCKWORTH · RE-PRINT) · HILLARD & BOTTING
- TEACH · YOURSELF · LATIN - F. KINCHIN · SMITH
- LATIN · FOR · SCHOOLS PARTS 1 TO 3 L. A. WILDING
- 501 · VERBS (1995) ALSO · USED
- LAST · GRAMMAR · IN · BOOK INTERROGATIVE · PRONOUN

E.L.T.

(88) CROESUS 1 OF 3

CROESUS, REX · LYDIAE, FINITIMOS · POPULOS · BELLO SUPERAVIT · MAXIMAMQUE · FAMAM · PROPTER · DIVITIAS ET · POTENTIAM · COMPARAVIT. ITAQUE · MULTI · AD EUM · EX · OMNIBUS · PARTIBUS · GRAECIAE · VENERUNT, INTER · RELIQUOS · SOLON, OMNIUM · TUM ATHENIENSIUM · SAPIENTISSIMUS. CUI · CUM · MAGNAS SUAS · DIVITIAS · OSTENDISSET, 'QUEM · TU, SOLON', INTERROGAVIT, 'OMNIUM · HOMINUM · BEATISSIMUM PUTAS?' RESPONDIT · ILLE, 'TELLUS · ATHENIENSIS MIHI · OMNIUM · BEATISSIMUS · FUISSE · VIDETUR; HUIC · ENIM · ERANT · LIBERI · ET · PULCHRI · ET · BONI, QUORUM · NEMO · ANTE · PATREM · MORTUUS · EST = IPSE · CUM · CIVIBUS · SUIS · CONTRA · FINITIMOS · PUGNANTIBUS · SUBVENISSET · HOSTESQUE · FUGAVISSET IN · ACIE · FORTISSIME · PUGNANS · CECIDIT · EODEMQUE LOCO · AB · ATHENIENSIBUS · MAGNO · CUM · HONORE · SEPULTUS · EST'. 'QUIS · TIBI · POST · EUM', INQUIT CROESUS, 'BEATISSIMUS · VIDETUR?' 'CLEOBIS · ET BITON,' RESPONDIT, 'QUI · MATREM · SUAM · IPSI · IN CURRU · TRAXERUNT. ILLA · A · DIS · IMPLORAVIT UT · REM · OMNIUM · OPTIMAM · FILIIS · CONCEDERENT = EADEM · NOCTE · UTERQUE · MORTUUS · EST!

E.L.T.

89

CAESAR'S FIRST CONSULSHIP (59 B.C.)

CN. POMPEIUS, CUM EX ASIA REDISSET A SENATU PETIVERAT UT AGROS MILITIBUS SUIS BELLO CONFECTIS DARENT. ID ILLI FACERE NOLUERUNT. M. CRASSO QUOQUE ET RELIQUIS EQUITIBUS MULTA POSTULANTIBUS NIHIL CONCEDERE VOLEBANT. FRUSTRA CICERO CONCORDIAM INTER SENATUM ET EQUITES CONFIRMARE CENABATUR. INTEREA CAESAR IN HISPANIA BELLUM GEREBAT = IS UBI ROMAM REVERTIT POMPEIO ET CRASSO SE ADIUNXIT = SIMUL POMPEIUS IULIAM, CAESARIS FILIAM, IN MATRIMONIUM DUXIT. MOX CONSUL CREATUS ALTERA LEGE AGROS POMPEI MILITIBUS DEDIT, ALTERA EQUITIBUS EA QUAE POSTULABANT CONCESSIT.

MOS FUIT ROMANORUM TERRAS QUAS BELLO SUPERAVERANT PROVINCIASQUE VOCABANT PER CONSULARES REGERE. HI UNUM ANNUM IMPERIUM ADMINISTRARE SOLEBANT. EO TEMPORE PARS GALLIAE PROVINCIA ROMANA ERAT. HUIUS PROVINCIAE IMPERIUM, PER LEGES A VATINIANO TRIBUNO ET POMPEIO ROGATAS, IN QUINQUE ANNOS CAESARI DATUM EST.

E.L.T

(90) CROESUS 2 OF 3

TUM, MAGNA · IRA · PERMOTUS, CROESUS 'NUM · TU HOS,' CLAMAVIT, 'BEATIORES · QUAM · ME · PUTAS?' 'NUNC · QUIDEM, CROESE,' RESPONDIT, 'DIVITIAS MAXIMAS · HABES, GENTES · PLURIMAS · REGIS = NEMINEM · AUTEM · BEATUM · VOCO · PRIUSQUAM · MORTUUS · SIT = NAM · DI · SAEPE · HOMINIBUS · PLURIMA · DANT,* MOX · EOSDEM · MAXIMIS · MALIS OPPRIMUNT!.

MOX, PERSARUM · POTENTIA · TERRITUS, CONSTITUIT BELLUM · CYRO, PERSARUM · REGI, INDICERE = ANTEA · TAMEN · NUNTIOS · DELPHOS · AD · ORACULUM APOLLINIS · MISIT, UT · HOC · DEUM · INTERROGARENT: 'CROESUMNE · MONES · UT · BELLUM · CONTRA · PERSAS GERAT?' RESPONDIT · DEUS 'CROESUS · COPIAS · CONTRA · PERSAS · DUCET · ET · MAGNUM · IMPERIUM DELEBIT! QUOD · CUM · RESPONSUM · EI · NUNTIATUM · ESSET, MULTO · GAUDIO · CROESUS BELLUM · PARARE · COEPIT.

* SOI VERBS P126

E.L.T.

(91) CAESAR · IN · GAUL (59-56 B.C.)

AD · GALLIAM · PROFECTUS · PRIMO · ANNO · HELVETIOS, QUI · A · GERMANIS · SAEPISSIME · OPPUGNATI · EX · ANGUSTIS FINIBUS · EGREDI · ET · IN · ALIA · PARTE · GALLIAE · CONSIDERE VOLEBANT, PER · PROVINCIAM · ROMANAM · ITER · FACERE CONANTES, REPPULIT. EODEM · ANNO · ARIOVISTUM, QUI · GERMANOS · TRANS · RHENUM · DUXERAT · ET · GALLORUM · AGROS · OCCUPAVERAT, PROELIO · SUPERAVIT. ANNO · SECUNDO · BELGAS (QUI · CONTRA · ROMANOS CONIURAVERANT) VICIT. PROXIMO · ANNO, CUM · INTER CN. POMPEIUM · ET · M. CRASSUM · DISSENSIO · FIERET, CUM · UTROQUE · APUD · LUCAM · CONSILIUM · HABUIT; IBI · CONSTITUTUM · EST · UT · POMPEIUS · ET · CRASSUS POPULARIUM · SUFFRAGIIS · CONSULES · CREARENTUR, CAESARI · IMPERIUM · IN · GALLIA · IN · QUINQUE · ANNOS PROROGARETUR. EO · ANNO · IPSE · VENETOS, Q. TITURIUS · SABINUS · UNELLOS, P. CRASSUS · AQUITANOS VICIT.

HILLARD & BOTTING ELEMENTARY · LATIN · EXERCISES = SECTIONS. 50, 51, 52 & 53 SLIGHTLY · MORE · GRAMMAR

E.L.T.

92 CROESUS 3 OF 3

HOC · IN · BELLO · CROESUS · CUM · TOTO · EXERCITU · VICTUS EST. IPSE · A · CYRO · VIVUS · IGNE · CONCREMARI IUBETUR. CUM · AUTEM · IN · ROGUM · IMPOSITUS · ESSET REGISQUE · MINISTRI · IAM · ROGUM · SUCCENDERENT, MAGNO · ILLE · DOLORE · PERMOTUS, 'O · SOLON, SOLON!' CLAMAVIT. 'QUEM · TU · NOMINE · VOCAS?' CYRUS INTERROGAVIT. TUM · ILLE · REM · TOTAM · NARRAVIT. VICTOR · AUTEM, MISERICORDIA · PERMOTUS, CAPTIVUM LIBERARI · IUSSIT. ROGUS · TAMEN · IAM · SUCCENSUS ARDEBAT. TUM · CROESUS · MAGNA · VOCE · A · DIS PETIVIT · UT · IGNEM · RESTINGUERENT. QUOD · CUM ILLE · MULTIS · LACRIMIS · IMPLORAVISSET, MAGNUS REPENTE · IMBER · DE · CAELO · DESCENDIT · IGNEMQUE RESTINXIT.

POSTEA · NUNTIOS · MISIT · DEUMQUE, CUIUS · ORACULO FALSUS · ERAT, MULTIS · VERBIS · ACCUSAVIT. HIS AUTEM · RESPONSUM · EST 'SIC · A · DEO · MONITUS · EST CROESUS, "COPIAS · CONTRA · PERSAS · DUCET · ET MAGNUM · IMPERIUM · DELEBIT!" DUXIT · COPIAS MAGNUMQUE · IMPERIUM · DELEVIT, NAM · SUUM · DELEVIT. CUR · IGITUR · DEUM · ACCUSAT?'

E.L.T.

(93) CAESAR'S REMAINING YEARS IN GAUL (56-49 B.C.)

CAESAR, CUM IN GALLIAM REDISSET, USIPETES ET TENCTHEROS, QUI RHENUM TRANSIERANT, MAGNA CUM CAEDE SUPERAVIT. TUM IPSE, UT GERMANOS TERRERET, MIRA CELERITATE PONTEM FECIT RHENUMQUE CUM EXERCITU TRANSIIT. IBI BREVE TEMPUS MORATUS CUM IN GALLIAM REDISSET PONTEM RESCIDIT, NE GERMANI, ILLO PONTE USI, IN GALLIAM ITERUM TRANSIRENT. EODEM ANNO CUM PAUCIS NAVIBUS AD BRITANNIAM NAVIGAVIT, CUIUS INSULAE INCOLAE IN OMNIBUS FERE BELLIS AUXILIUM AD GALLOS CONTRA ROMANOS MISERANT. HAUD DIU IN INSULA MORATUS PROXIMO ANNO CUM QUATTUOR LEGIONIBUS ITERUM EO NAVIGAVIT = CASSIVELLAUNUM, QUI BRITANNORUM COPIIS PRAEERAT, SUPERAVIT OBSIDESQUE AB EO ACCEPIT. TUM IN GALLIAM REDIIT, UBI BELGAS, QUI ITERUM CONIURAVERANT, VICIT. TANDEM VERCINGETORIX, OMNIUM GALLORUM DUX MILITIAE PERITISSIMUS, QUI CUM OMNIBUS FERE GENTIBUS GALLIAE CONIURAVERAT, A CAESARE VICTUS EST. HAEC OMNIA CAESAR IN SEPTEM LIBRIS DE BELLO GALLICO SCRIPTIS NARRAVIT.

E.L.T.

(94) PHAETHON

PHAETHON, SOLIS · FILIUS, A · PATRE · OLIM · PETIVIT · UT · SIBI · LICERET · UNUM · DIEM · SOLIS · CURRUM · PER · CAELUM · AGERE. QUOD · CUM · AB · ILLO · CONCESSUM ESSET, MAGNO · CUM · GAUDIO · PUER · CURRUM · ASCENDIT. GRAVISSIMAS · TAMEN · POENAS · AUDACIAE · PERSOLVERE · COACTUS · EST. NAM · PROPTER · CORPORIS · INFIRMITATEM · EQUOS · FORTISSIMOS · COERCERE · NON · POTUIT = ILLI · IGITUR E · CURSU · EGRESSI · TAM · PROPE · TERRAM · DESCENDERUNT · UT · EAM · FERE · INCENDERENT. ITAQUE · IUPPITER, IRA · PERMOTUS, PUERUM · INFELICEM · FULMINE · NECAVIT · MORTUUMQUE · IN · ERIDANUM · FLUMEN · CONIECIT. SORORES · EIUS, QUAE · EQUOS · CURRUI · IUNXERANT, AD · RIPAS · EIUS FLUMINIS · VENERUNT · ET · TANTO · DOLORE · PROPTER FRATRIS · MORTEM · MOVEBANTUR · UT · DEORUM · MISERICORDIAM · EXCITARENT, A · QUIBUS · IPSAE · IN ARBORES, LACRIMAEQUE · EARUM · IN · ELETRUM VERSAE · SUNT.

E.L.T.

(95) CAESAR · CROSSES · THE · RUBICON (49 B.C.)

INTEREA · M. CRASSUS · CONTRA · PARTHOS · PUGNANS · CECIDERAT, CN. POMPEIUS, INVIDIA · PERMOTUS · PROPTER · TOT · VICTORIAS · A · CAESARE · REPORTATAS, SENATUI · SE · ADIUNXERAT. CAESAR · A · SENATU · IUSSUS · EST · LEGIONES · DIMITTERE · ROMAMQUE · REDIRE. 'EGO · MEAS · LEGIONES,' RESPONDIT, 'DIMITTAM, SI · SUAS · QUOQUE · LEGIONES · DIMISERIT · POMPEIUS'. ID · AUTEM · ILLE · FACERE · NOLUIT. · TANDEM, BELLUM · CIVILE · VITARE · QUAM · MAXIME · CONATUS, CUM · SENATUS · PLANE · EUM · HOSTEM · REIPUBLICAE · HABITURUS · ESSET, E · GALLIA · IN · ITALIAM · PROFECTUS, AD · PARVUM · FLUMEN · RUBICONEM · VENIT. MULTAS · IBI · HORAS · MORATUS ESSE · DICITUR = NAM · HOC · FLUMEN · NON · LICUIT IMPERATORI · ROMANO · CUM · ARMATIS · LEGIONIBUS TRANSIRE = TANDEM 'IACTA · EST · ALEA,' CLAMAVIT, FLUMENQUE · CUM · COPIIS · TRANSIIT = QUA · RE · BELLUM · REIPUBLICAE · INDIXIT.

E.L.T.

(96) THE · DEATH · OF · CAESAR (44 B.C.)

CAESAR · CUM · IN · ITALIAM · VENISSET, SENATORUM · COPIAS · UBIQUE · VICIT. POMPEIUS, QUI · AD · AEGYPTUM · NAVIGAVERAT, PTOLEMAEI · REGIS · IUSSU OCCISUS · EST. EO · SECUTUS · CAESAR · IN · MAGNUM PERICULUM · VENIT = NAM · AB · EXERCITU, QUEM · PTOLEMAEUS · COLLEGERAT, REPENTE · OPPUGNATUS NANDO · VITAM · SERVAVIT, MANU · INTEREA · TENENS LIBROS · ILLOS · QUOS · DE · BELLO · SCRIPSERAT. · POSTEA · TAMEN · MIRA · CELERITATE · HOSTES · OMNES SUPERAVIT = QUAS · VICTORIAS · HIS · VERBIS · NUNTIAVIT, 'VENI, VIDI, VICI.'

DICTATOR · CREATUS · MAXIMA · CUM · CLEMENTIA · INIMICIS · OMNIBUS · PARCEBAT · OPTIMASQUE · LEGES TULIT. PRIUSQUAM · TAMEN · OMNIA · QUAE · IN · ANIMO · HABEBAT · PERAGERE · POSSET · AB · INIMICIS · IN · CURIA · OCCISUS · EST. E · QUIBUS · UNUS, M.BRUTUS NOMINE, OLIM · INIMICUS, POSTEA · IN · AMICITIAM · AB ILLO · ACCEPTUS · ERAT. . HUNC · UBI · VIDIT, 'ET · TU, BRUTE!' CLAMAVIT, NEC · DIUTIUS · RESISTEBAT = MULTIS · VULNERIBUS · TRANSFIXUS · PROPE · STATUAM · POMPEII · CECIDIT.

SLIGHTLY MORE · GRAMMAR = HILLARD & BOTTING ELEMENTARY · LATIN · EXERCISES 'CASES' 160 TO 171